

## LIBER UNDECIMUS

## TIT. I

## DE INTERROGATIONIBUS IN IURE FACIENDIS ET INTERROGATORIIS ACTIONIBUS (1)

1. CALLISTRATUS *libro II. Edicti monitorii.*—Toties heres in iure (2) interrogandus est, qua ex parte heres sit, quoties adversus eum actio instituitur, et dubitat actor, qua ex parte is, cum quo agere velit, heres sit. Est autem interrogatio tunc necessaria, quum in personam sit actio, et ita, si certum petetur, ne, dum ignoret actor, qua ex parte adversarius defuncto heres extiterit, interdum plus petendo aliquid damni sentiat.

§ 1.—Interrogatoriis autem actionibus hodie non utimur, quia nemo cogitur ante iudicium de suo iure aliquid respondere; ideoque (3) minus frequentantur et in desuetudinem abierunt; sed tantummodo ad probationes litigatoribus sufficiunt ea, quae ab adversa parte expressa fuerint apud iudices vel in hereditatibus, vel in aliis rebus, quae in causis vertuntur.

2. ULPIANUS *libro XXII. ad Edictum.*—Edictum de interrogationibus ideo Praetor proposuit, quia sciebat difficile esse ei, qui heredem bonorumve possessorem convenit, probare, aliquem esse heredem bonorumve possessorem,

3. PAULUS *libro XVII. (4) ad Edictum.*—quia plerumque difficilis probatio aditae (5) hereditatis est.

4. ULPIANUS *libro XXII. ad Edictum.*—Vult Praetor adstringere eum, qui convenitur, ex sua in iudicio responsione, ut vel confitendo, vel mentiendo sese oneret; simul etiam portionis, pro qua quisque heres extitit, ex interrogatione certioretur.

§ 1.—Quod ait Praetor: QUI IN IURE INTERROGATUS RESPONDERIT (6), sic accipiendum est, apud Magistratus populi Romani, vel Praesides provinciarum, vel alios iudices; ius enim eum solum locum esse, ubi iuris dicendi, vel iudicandi gratia consistat, vel si domi, vel itinere hoc agat.

5. GAIUS *libro III. ad Edictum provinciale.*—Qui interrogatur, an heres, vel quota ex parte sit, vel an in potestate habeat eum, cuius nomine noxali iudicio agitur, ad deliberandum tempus impetrare debet, quia, si perperam confessus fuerit, incommodo afficitur.

6. ULPIANUS *libro XXII. ad Edictum.*—Et quia hoc defunctorum interest, ut habeant suc-

(1) SUBLATIS, adiciona Hal.

(2) in iure, omitelas Hal.

(3) Taur., según corrección; adeoque, según la escritura original, Br.

## LIBRO UNDÉCIMO

## TITULO I

## DE LAS PREGUNTAS QUE HAN DE HACERSE EN DERECHO Y DE LAS ACCIONES INTERROGATORIAS

1. CALISTRATO; *Del Edicto monitorio, libro II.*—El heredero ha de ser interrogado en derecho, de qué parte sea heredero, siempre que se intenta acción contra él, y duda el actor de qué parte sea heredero aquel contra quien quiera ejercitarla. Mas es necesaria la interrogación, cuando la acción sea personal, y así, si se pidiera cosa cierta, para que por ignorar el actor de qué parte haya sido el adversario heredero del difunto, no experimente á veces algún daño pidiendo más.

§ 1.—Mas hoy no usamos de las acciones interrogatorias, porque nadie es obligado antes del juicio á responder cosa alguna sobre su derecho; y por esto se utilizan menos, y cayeron en desuso; pero á los litigantes les basta para las pruebas solamente lo que por la parte contraria se hubiere manifestado ante los jueces, ya sobre herencias, ya sobre otras cosas, que se controvierden en los pleitos.

2. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXII.*—El Pretor publicó el Edicto sobre preguntas, por esto, porque sabia que era difícil al que demanda al heredero, ó al poseedor de los bienes, probar que alguno es heredero ó poseedor de los bienes,

3. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XVII.*—porque las más de las veces es difícil la prueba de haberse adido la herencia.

4. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXII.*—Quiso el Pretor constreñir, con su respuesta dada en juicio, al que es demandado, para que se haga responsable, ó confesando, ó mintiendo; y juntamente para que también se sepa por medio de la pregunta la porción en que cada uno fué heredero.

§ 1.—Lo que dice el Pretor: «El que hubiere respondido interrogado en derecho», ha de entenderse así, ante los Magistrados del pueblo romano, ó los Presidentes de las provincias, ú otros jueces; porque *ius* (derecho, tribunal) es aquel solo lugar en que uno de ellos se constituya para definir derecho, ó para juzgar, ya lo haga esto en casa, ya en camino.

5. GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro III.*—El que es interrogado si es heredero, ó de qué parte lo sea, ó si tiene en su potestad á aquel en cuyo nombre se ejercita la acción noxal, debe impetrar tiempo para deliberar, porque si hubiere confesado malamente, sufre perjuicio.

6. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXII.*—Y como esto interesa á los difuntos, para tener

(4) VII., Hal.

(5) aditae, omitela Hal.

(6) RESPONDIT, Hal. Vulg.

cessores, interest et viventium, ne praecipitentur, quamdiu iuste deliberant.

§ 1.—Interdum interrogatus quis, an heres sit, non cogitur respondere, utputa si controversiam hereditatis ab aliquo (1) patiat. Et ita Divus Hadrianus constituit, ne aut negando se heredem praedudicet sibi, aut dicendo heredem illigetur etiam ablata sibi hereditate.

7. IDEM libro XVIII. ad Edictum.—Si quis in iure interrogatus, an quadrupes, quae pauperem fecit, eius sit, responderit (2), tenetur.

8. PAULUS libro XXII. ad Edictum.—Si quis interrogatus de servo, qui damnum dedit, respondit, suum esse servum, tenebitur lege Aquilia quasi dominus; et si cum eo actum sit, qui respondit, dominus ea actione liberatur (3).

9. ULPIANUS libro XXII. ad Edictum.—Si sine interrogatione quis responderit se heredem, pro interrogato habetur.

§ 1.—Interrogatum non solum a Praetore accipere debemus, sed et ab adversario.

§ 2.—Sed si servus interrogetur, nulla erit interrogatio, non magis, quam si servus interroget.

§ 3.—Alius pro alio non debet respondere cogi, an heres sit; de se enim debet quis in iudicio interrogari, hoc est, quum ipse convenitur.

§ 4.—[10.] (4) Celsus libro quinto Digestorum scribit: si defensor in iudicio interrogatus, an is, quem defendit, heres, vel quota ex parte sit, falso responderit, ipse quidem defensor adversario tenebitur, ipsi autem, quem defendit, nullum facit praedudicium. Veram itaque esse Celsi sententiam dubium non est. An ergo non videatur defendere, si non responderit, videndum; quod utique et (5) consequens erit dicere, quia non plene defendit.

§ 5.—Qui interrogatus heredem se responderit, nec adiecerit, ex qua parte, ex asse respondisse dicendum est; nisi forte ita interrogetur (6), an ex dimidia parte heres sit, et responderit (7): heres sum; hic enim magis eum puto ad interrogatum respondisse.

§ 6.—Illud quaeritur, an quis cogatur respondere, utrum ex testamento heres sit, et utrum suo nomine ei quaesita sit hereditas, an per eos, quos suo iuri subiectos habet, vel per eum, cui heres extitit? Summatim igitur Praetor cognoscere debet, quum quaeratur, an quis respondere debeat, quo iure heres sit, ut, si valde interesse compererit, plenius responderi iubeat; quae obtinere debent non solum in heredibus, sed etiam in honorariis successoribus.

(1) *Vulg.*; alto, *Fl.*  
 (2) *respondere, Vulg.*  
 (3) *ratione liberabitur, Vulg.*  
 (4) *Segun ediciones vulgares.*  
 (5) *Segun la escritura original; et, borrada recientemente en el código Fl., Br.*

sucesores, interesa también á los vivos, para no precipitarse, cuando justamente deliberan.

§ 1.—A veces, interrogado alguno si es heredero, no está obligado á responder, por ejemplo, si sobre la herencia sostuviera controversia movida por otro. Y así lo determinó el Divino Adriano, para que, ó negando que él sea heredero, no se perjudique, ó diciendo que es heredero, no quede obligado, aun habiéndosele quitado la herencia.

7. EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XVIII.*—Si interrogado alguno en derecho, si es suyo el cuadrúpedo que causó un daño, hubiere respondido, queda obligado.

8. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXII.*—Si interrogado alguno respecto al esclavo, que causó un daño, respondió que el esclavo era suyo, quedará obligado por la ley Aquilia como dueño; y si se hubiera ejercitado la acción contra el que respondió, el dueño queda libre de esta acción.

9. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXII.*—Si alguno sin ser interrogado hubiere respondido que él es heredero, es considerado como si hubiera sido interrogado.

§ 1.—Interrogado, debemos considerarlo no sólo al que lo es por el Pretor, sino también al que lo es por el adversario.

§ 2.—Pero si el esclavo fuese interrogado, será nula la interrogación, no de otra suerte que si interrogase el esclavo.

§ 3.—Uno no debe ser obligado á responder por otro, si es heredero; porque en juicio, cada cual debe ser interrogado respecto á sí propio, esto es, cuando él mismo es demandado.

§ 4. [10.]—Escribe Celso en el libro quinto del Digesto: si interrogado en juicio un defensor, si aquel á quien defiende es heredero, ó de qué parte lo sea, hubiere respondido falsamente, el mismo defensor quedará ciertamente obligado al adversario, pero no irroga perjuicio alguno á aquel á quien defiende. Y por esto no hay duda que es verdadera la opinión de Celso. Ha de verse por consiguiente, si parecerá que no defiende, si no hubiere respondido; lo que ciertamente será también consiguiente decir, porque no defiende plenamente.

§ 5.—El que interrogado hubiere respondido que él es heredero, y no hubiere añadido de qué parte, se ha de decir que respondió que de la totalidad; á no ser que acaso fuese interrogado de este modo, si era heredero de la mitad, y hubiere respondido: soy heredero; porque en este caso opino que él más bien respondió á lo que se le preguntó.

§ 6.—Se pregunta, ¿estará alguno obligado á responder, si es heredero por testamento, y si en su propio nombre se adquirió para él la herencia, ó por medio de aquellos á quienes tiene sujetos á su potestad, ó por medio de aquel de quien fué heredero? Así, pues, el Pretor deberá conocer sumariamente, cuando se pregunte, si alguno debe responder con qué derecho sea heredero, para que si viere que interesa mucho, mande que se responda más cumplidamente; lo cual se debe observar, no sólo respecto á los herederos, sino también respecto á los sucesores por derecho honorario.

(6) *Hal.*; interrogatur, *Fl.*  
 (7) *Taur. segun corrección del código Fl.*; responderet, *segun la escritura original, Br.*

§ 7.—Denique Iulianus scribit, eum quoque, cui est hereditas restituta, debere in iure interrogatum respondere, an ei hereditas sit restituta.

§ 8.—Si de peculio agatur, non oportere responderi a patre vel domino, an in potestate habeat filium vel servum, quia hoc solum quaeritur, an peculium apud eum, cum quo agitur, est.

10. [11.] PAULUS libro LXVIII. (1) ad Edictum.—Non alienum est, eum, a quo damni infecti stipulari velimus, interrogare in iure, an aedes eius vel locus sit, ex quo damnum timeatur, et pro qua parte, ut, si neget suum praedium esse, nec (2) caveat damni infecti, aut cedere (3), aut (4) resistendum putaverit, quasi dolo versatus tradere compellatur.

11. [12.] ULPIANUS libro XXII. ad Edictum.—De actate quoque interrogatus interdum (5) respondere debet.

§ 1.—Si quis, quum heres non esset, interrogatus responderit, ex parte heredem esse, sic convenietur, atque si ex ea parte heres esset; fides enim ei contra se habebitur.

§ 2.—Qui ex quadrante heres, vel omnino quum heres non esset, responderit se heredem ex asse, in assem instituta actione convenietur.

§ 3.—Si, quum esset quis ex semisse heres, dixerit se ex quadrante, mendacii hanc poenam ferret, quod in solidum convenitur; non enim debuit mentiri, dum se minoris portionis heredem asseverat. Interdum tamen iusta ratione potest opinari, esse heredem ex minore parte. Quid enim, si nescit sibi partem accrevisse, vel ex incerta parte fuit institutus, cur ei responsum noceat?

§ 4.—Qui tacuit quoque apud Praetorem, in ea causa est, ut instituta actione in solidum conveniatur, quasi negaverit (6) se heredem esse; nam qui omnino non respondit, contumax est, contumaciae autem poenam hanc ferre debet, ut in solidum conveniatur, quemadmodum si negasset, quia Praetorem contemnere videtur.

§ 5.—Quod autem ait Praetor: OMNINO NON RESPONDISSE, posteriores (7) sic exceperunt, ut omnino non respondisse videatur, qui ad interrogatum non respondit, id est, *πρός ἕπος* [ad dictum].

6.—Si interrogatus quis, an ex asse heres esset, responderit: ex parte, si ex dimidia esset, nihil ei nocere responsum; quae sententia humana est.

§ 7.—Nihil interest, neget quis, an taceat interrogatus, an obscure respondeat, ut incertum dimittat interrogatorem.

§ 8.—Ex causa succurri ei, qui interrogatus respondit, non dubitamus; nam et si quis interro-

§ 7.—Finalmente escribe Juliano, que también aquel á quien se restituyó la herencia, debe responder habiendo sido interrogado en derecho, si le fué restituida la herencia.

§ 8.—Si se ejercitara la acción de peculio, no debe responderse por el padre ó por el dueño, si tiene en su potestad al hijo ó al esclavo, porque se pregunta esto solo, si el peculio está en poder de aquel contra quien se litiga.

10. [11.] PAULO; *Comentarios al Edicto, libro LXVIII.*—No es extraño, que á aquel de quien queremos estipular por daño inminente le preguntemos en derecho, si es de él la casa ó el lugar de que se tema el daño, y en qué parte lo sea, para que si negara que es suyo el predio, y no diera caución por el daño inminente, sea compelido ó á hacer cesión, ó si hubiere creído que deba resistirse, á hacer entrega, como habiendo obrado con dolo.

11. [12.] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXII.*—Interrogado también sobre la edad, á veces deberá responder.

§ 1.—Si alguno, no siendo heredero, hubiere respondido al ser interrogado, que era heredero de una parte, será demandado como si efectivamente fuese heredero de aquella parte; porque se le dará crédito contra sí mismo.

§ 2.—El que siendo heredero de una cuarta parte, ó no siendo en modo alguno heredero, hubiere respondido que es heredero universal, será demandado deducida la acción por toda la herencia.

§ 3.—Si siendo alguien heredero de la mitad, hubiere dicho que es heredero de la cuarta parte, sufrirá por la mentira esta pena, que es demandado por el todo; porque no debió mentir, aseverando que él era heredero de menor porción. Pero á veces con justa razón puede opinar, que es heredero de una parte menor. Porque ¿qué, si no sabe que le acreció una parte, ó fué instituido en una parte incierta, cómo le perjudicará su respuesta?

§ 4.—El que también calló ante el Pretor, se halla en el caso de que sea demandado intentada la acción por el todo, cual si hubiere negado que es heredero; porque el que no respondió en manera alguna, es contumaz, y debe por su contumacia sufrir esta pena, que sea demandado por el todo, del mismo modo que si hubiese negado, porque parece que desacata al Pretor.

§ 5.—Mas lo que dice el Pretor: «no respondió en manera alguna», lo entendieron así los modernos, que se considere que no respondió en manera alguna el que no respondió á lo preguntado, esto es, á lo dicho.

§ 6.—Si interrogado alguno, si era heredero de toda la herencia, hubiere respondido, que de parte, en nada le perjudica la respuesta, si lo fuese de la mitad; cuya opinión es humanitaria.

§ 7.—No hay diferencia alguna entre que, interrogado alguien, niegue ó calle, ó responda con obscuridad, de suerte que deje en incertidumbre al interrogante.

§ 8.—No dudamos, que con causa se ampara al que interrogado respondió; porque también si in-

(1) XLVII, Hal.—Tal vez debería leerse en el texto, XLVIII, como en otras ediciones.—N. del T.

(2) ne, (en lugar de nec). Hal.

(3) Súplase: compellatur.

(4) si, inserta acertadamente la Vulg.

(5) Hal. Vulg.; interdum interrogatus, Taur., considerando interdum, como añadida por antiguos copistas.

(6) Fl., según Br.; negavit, Taur.

(7) omnes, inserta Hal.

gatus, an patri heres esset, (1) responderit, mox prolato (2) testamento inventus sit exheredatus, acqussimum est, succurri ei; et ita Celsus scribit. Hic quidem et alia ratione, quod ea, quae postea emergunt, auxilio indigent; quid enim, si occultae tabulae et remotae postea prolatae sunt, cur noceat ei, qui id responderit, quod in praesentiarum videbatur? Idem dico, et si quis (3) heredem se responderit, mox falsum, vel inofficiosum, vel irritum testamentum fuerit pronuntiatum; non enim improbe respondit, sed scriptura ductus.

§ 9.—Qui interrogatus responderit, sic tenetur, quasi ex contractu (4) obligatus, pro quo pulsabitur (5), dum ab adversario interrogatur. Sed et si a Praetore fuerit interrogatus, nihil facit Praetoris auctoritas, sed ipsius responsum sive mendacium.

§ 10.—Qui iusto errore ductus negaverit se heredem, venia dignus est.

§ 11.—Sed et si quis sine dolo malo, culpa tamen responderit, dicendum erit, absolvi eum debere, nisi culpa dolo proxima sit.

§ 12.—Celsus scribit, licere responsi (6) poenitere, si nulla captio ex eius poenitentia (7) sit actoris; quod verissimum mihi videtur, maxime si quis postea plenius instructus quid faciat, instrumentis vel epistolis amicorum iuris sui edoctus (8).

12. [13.] PAULUS libro XVII. ad Edictum.—Si filius, qui abstinuit se paterna hereditate, in iure interrogatus responderit se heredem esse, tenebitur; nam ita respondendo pro herede gessisse videtur. Sin autem filius, qui se abstinuit, interrogatus tacuerit, succurrendum est ei, quia hunc, qui abstinuit, Praetor non habet heredis loco.

§ 1.—Exceptionibus, quae institutis in iudicio contra reos actionibus opponuntur, etiam is uti potest, qui ex sua responsione convenitur, veluti pacti conventi, rei iudicatae, et ceteris.

13. [14.] IDEM libro II. ad Plautium.—Confessionibus falsis respondentibus ita obligantur, si eius nomine, de quo quis interrogatus sit, cum aliquo sit actio, quia quae cum alio actio esset, si dominus esset, in nosmet confessione nostra conferemus. Et si eum, qui in potestate patris esset, respondissem, filium meum esse, ita me obligari, si aetas eius pateretur, ut filius meus esse possit, quia falsae confessiones naturalibus convenire debent; propter quae fiat, ut patrisfamilias nomine respondendo non (9) obliger.

§ 1.—Eum, qui patremfamilias suum esse re-

terrogado alguno si era heredero de su padre, hubiere respondido, y después, habiéndose publicado el testamento, se hubiera encontrado desheredado, es muy justo que se le auxilie; y así lo escribe Celso. En este caso, ciertamente también por otra razón, porque requieren el auxilio las cosas que ocurren después; porque ¿qué, si después fueron presentadas tablas ocultas y olvidadas, cómo le perjudicará, al que hubiere respondido, lo que á la sazón le parecía? Lo mismo digo, también si alguno hubiere respondido que él era heredero, y luego el testamento hubiere sido declarado falso, ó inoficioso, ó irrito; porque no respondió malamente, sino engañado por la escritura.

§ 9.—El que interrogado hubiere respondido, se obliga de la misma manera que si estuviese obligado por el contrato por que fuere demandado, cuando es interrogado por el adversario. Pero aunque hubiere sido interrogado por el Pretor, nada hace la autoridad del Pretor, sino la respuesta, ó la mentira de él mismo.

§ 10.—El que inducido por justo error hubiere negado que él era heredero, es digno de indulgencia.

§ 11.—Pero también si alguno hubiere respondido sin dolo malo, pero con culpa, se habrá de decir, que debe ser absuelto, á no ser que la culpa sea próxima al dolo.

§ 12.—Escribe Celso, que es lícito retractarse de la respuesta, si ningún perjuicio resultara al actor de la retractación de la misma; lo que me parece muy verdadero, mayormente si instruido después más completamente hiciera alguien alguna cosa, enterado de su derecho por documentos, ó por cartas de sus amigos.

12. [13.] PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XVII.*—Si el hijo que se abstuvo de la herencia paterna, interrogado en derecho hubiere respondido, que él es heredero, quedará obligado; porque respondiendo así se entiende que obró como heredero. Pero si el hijo, que se abstuvo, hubiere callado habiendo sido interrogado, se le ha de amparar, porque el Pretor no tiene como heredero al que se abstuvo.

§ 1.—También el que es demandado en virtud de su respuesta, puede usar de las excepciones que se oponen á las acciones deducidas en juicio contra los reos, por ejemplo, la de pacto convenido, la de cosa juzgada, y las demás.

13. [14.] EL MISMO; *Comentarios á Plautio, libro II.*—Los que responden con falsas confesiones, se obligan siempre que por razón de aquello por que alguno haya sido interrogado haya acción contra cualquiera, porque aquella acción que hubiese contra otro, si fuese el dueño, la transferiremos contra nosotros mismos por nuestra confesión. Y si yo hubiese respondido, que uno que estuviese bajo la potestad de su padre es hijo mío, quedo obligado, siempre que estuviera patente su edad, para que pueda ser hijo mío, porque las confesiones falsas deberían estar acordes con las cosas naturales; por lo cual sucederá, que yo no me obligue respondiendo en nombre de un padre de familia.

§ 1.—El que hubiere respondido que un padre

(1) esse, conjetura Br. que se ha de añadir.

(2) Taur. al margen; probato, en el texto.

(3) Así los códigos en Br.; qui, Fl.

(4) elus, inserta Hal.

(5) pulsabatur—interrogetur, Hal. Vulg.

(6) respondenti, Hal. Vulg.

(7) praesentia, Hal.

(8) Taur. según reciente corrección Fl., Br.; edictus, según la escritura original.

(9) non, omitenla erradamente otros en Hal.

sponderit servum, non teneri noxali actione; ac ne si bona fide liber homo mihi serviat, mecum noxali iudicio agi potest, et si actum fuerit, manebit integra actio cum ipso, qui admisit.

14. [15.] IAVOLENUS libro IX. ex Cassio.—Si is, cuius nomine noxae (1) iudicium acceptum est, manente iudicio liber iudicatus est, reus absolvi debet, nec quidquam interrogatio in iure facta proderit, quia eius personae, cuius nomine quis cum alio actionem habet, obligationem transferre non (2) potest in eum, qui in iure suum esse confitetur, velut alienum servum suum esse confitendo; liberi autem hominis nomine, quia cum alio actio non est, ne per interrogationem quidem, aut confessionem transferri poterit. Quo casu eveniet, ut non recte hominis liberi nomine actum sit cum eo, qui confessus est.

§ 1.—In totum autem confessiones ita ratae sunt, si id, quod in confessionem venit, et ius, et naturam recipere potest.

15. [16.] POMPONIUS libro XVIII. ad Sabinum.—Si ante aditam hereditatem servum hereditarium meum esse respondeam, teneor, quia domini loco habetur hereditas.

§ 1.—Mortuo servo, quem in iure interrogatus suum esse confessus sit, non tenetur is, qui respondit, quemadmodum si proprius eius fuisset, post mortem eius non teneretur (3).

16. [17.] ULPIANUS libro XXXVII. ad Edictum.—Si servus ab hostibus captus sit, de quo quis in iure interrogatus responderit, in sua potestate esse, quamvis iura postliminiorum possint efficere (4) dubitare nos, attamen non puto locum esse noxali actioni, quia non est in nostra potestate.

§ 1.—Quamquam autem placet, etiam eum teneri, qui alienum servum suum fassus esset, attamen rectissime placuit, eum demum teneri, qui suum (5) potuit habere; ceterum si dominium quaerere non potuit, non teneri.

17. [18.] IDEM libro XXXVIII. ad Edictum.—Si servus non sit unius, sed plurium, et omnes mentiti sunt, eum in sua potestate non esse, vel quidam ex illis, aut dolo fecerunt, quo minus sit in potestate, unusquisque illorum tenebitur in solidum, quemadmodum tenerentur, si haberent in potestate. Is vero, qui nihil dolo fecerit, quo minus in potestate haberet, vel non negavit, non tenebitur.

18. [19.] IULIANUS (6) libro IV. ad Urseium Ferozem.—Qui ex parte dimidia heres erat (7), quum absentem coheredem suum defendere vellet, ut satisfactionis onus evitare posset (8), re-

de familia era esclavo suyo, no queda obligado por la acción noxal; y tampoco puede ejercitarse contra mi la acción noxal, si de buena fe me prestara servidumbre un hombre libre, y si se hubiere ejercitado, permanecerá integra la acción contra el que causó el daño.

14. [15.] JAVOLENO; *Doctrina de Cassio, libro IX.*—Si aquel en cuyo nombre se contestó el juicio noxal, fué declarado libre durante el juicio, debe ser absuelto el demandado, y la interrogación hecha en juicio no aprovechará para nada, porque la obligación de la persona, en cuyo nombre alguien tiene acción contra otro, no puede transferirla sobre aquel que en juicio confiesa que es suyo, como confesando que es suyo un esclavo ajeno; mas en nombre de un hombre libre, como no hay acción contra otro, no podrá ciertamente ser transferida ni por la interrogación, ni por la confesión. En cuyo caso sucederá, que en nombre de un hombre libre no se habrá ejercitado con derecho la acción contra aquel que confesó.

§ 1.—Mas las confesiones son totalmente válidas de esta suerte, si lo que se comprende en la confesión puede ajustarse, así al derecho, como á la naturaleza.

15. [16.] POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro XVIII.*—Si antes de adida la herencia respondiera yo que es mío un esclavo de la herencia, me obligo, porque la herencia es considerada en lugar de dueño.

§ 1.—Muerto el esclavo, que el interrogado en derecho confesó que era suyo, no queda obligado el que respondió, así como si hubiese sido propio de él, no quedaría obligado después de su muerte.

16. [17.] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXXVII.*—Si hubiera sido cogido por los enemigos un esclavo, respecto del cual, interrogado alguien en derecho hubiere respondido, que estaba en su potestad, aunque el derecho de postliminio pueda hacer que dudemos, sin embargo, no creo que haya lugar á la acción noxal, porque no está en nuestra potestad.

§ 1.—Mas aunque parece bien que esté obligado también el que hubiese confesado que era suyo un esclavo ajeno, sin embargo, con muchísima razón plugo que solamente quedara obligado el que pudo tenerlo como suyo; mas si no pudo adquirir su dominio, no se obliga.

17. [18.] EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XXXVIII.*—Si el esclavo no fuese de uno solo, sino de muchos, y todos, ó algunos de ellos, mintieron diciendo que aquél no estaba bajo su potestad, ó hicieron con dolo que no estuviera en su potestad, cada uno de ellos estará obligado por el todo, así como se obligarian, si lo tuvieran en su potestad. Pero aquel que nada hubiere hecho con dolo para no tenerlo ya en su potestad, ó que no lo negó, no estará obligado.

18. [19.] JULIANO; *Comentarios á Urseio Feroz, libro IV.*—Uno que era heredero de la mitad, queriendo defender á su coheredero ausente, para poder evitarse el gravamen de la fianza, respon-

(1) noxale, *Hal. Vulg.*

(2) non, *omitela erradamente la Vulg.*

(3) *Taur. según reciente corrección; tenetur, Fl., Br.*

(4) possint iterum nos reficere, *attamen, Vulg.*

(5) eum servum, *(en lugar de suum), Hal.*

(6) Ulpianus, *según las Bas.*

(7) *Fl. según reciente corrección, Br.; erit, Taur.*

(8) *Hal. Vulg.; possit, Fl.*

spondit se solum heredem esse, et condemnatus est, quaerebat actor, quum ipse solvendo non esset, an rescisso superiore iudicio in eum, qui re vera heres erat, actio dari deberet? Proculus respondit, rescisso iudicio posse agi; idque est verum.

19. [20.] PAPINIANUS *libro VIII. Quaestionum.*—Si filius, quum pro (1) patre suo ageret, taceat interrogatus, omnia perinde observanda erunt, ac si non esset interrogatus.

20. [21.] PAULUS *libro II. Quaestionum.*—Qui servum alienum responderit suum esse, si noxali iudicio conventus sit, dominum liberat; aliter atque si quis confessus sit, se occidisse servum, quem alius occidit, vel si quis responderit se heredem, nam his casibus non liberatur; qui fecit, vel qui heres est. Nec haec inter se contraria sunt; nam superiore casu ex persona servi duo (2) tenentur, sicut in servo communi dicimus, ubi altero convento alter quoque liberatur; at is, qui confitetur, se occidisse vel vulnerasse, suo nomine tenetur; nec debet impunitum esse delictum eius, qui fecit, propter eum, qui respondit, nisi quasi defensor eius, qui admisit, vel heredis, litem subiit hoc genere; tunc enim in factum exceptione data summovendus est actor, quia ille negotiorum gestor, vel mandati actione recepturus est, quod praestitit. Idem est in eo, qui mandatu heredis heredem se esse respondit, vel quum eum alias defendere vellet.

§ 1.—In iure interrogatus, an fundum possideat, quaero, an respondere cogendus sit, et quota ex parte fundum possideat? Respondi: Iavolenus scribit, possessorem fundi cogi debere respondere, quota ex parte fundum possideat, ut, si minore ex parte possidere se dicat, in aliam partem, quae non defenderetur, in possessionem actor mittatur.

§ 2.—Idem, et si damni infecti caveamus; nam et hic respondere debet, quota ex parte eius sit praedium, ut ad eam partem stipulationem accommodemus. Poena autem non repromittentis haec est, ut in possessionem eamus, et ideo eo pertinet scire, an possideat (3).

21. [22.] ULPIANUS *libro XXII. ad Edictum.*—Ubiunque iudicem aequitas moverit, aequo potere fieri interrogationem, dubium non est.

22. [23.] SCAEVOLA *libro IV. Digestorum.*—Procuratore Caesaris ob debitum fiscale interrogante, unus ex filiis, qui nec bonorum possessionem acceperat, nec heres erat, respondit, se heredem esse; an quasi interrogatoria creditoribus ceteris teneatur? Respondit (4), ab his qui in iure non interrogassent, ex responso suo conveniri non posse.

dió que él solo era heredero, y fué condenado; preguntaba el actor, no siendo solvente aquel, ¿debería acaso, rescindido el primer juicio, dársele acción contra el que en realidad era heredero? Próculo respondió, que, rescindido el juicio, puede ejercitarse la acción; y esto es verdad.

19. [20.] PAPINIANO; *Cuestiones, libro VIII.*—Si litigando un hijo por su padre, callase habiendo sido interrogado, se habrá de observar todo lo mismo que si no hubiese sido interrogado.

20. [21.] PAULO; *Cuestiones, libro II.*—El que hubiere respondido que es suyo un esclavo ajeno, si fuese demandado en juicio noxal, exenta al dueño; al contrario, si alguno hubiera confesado, que él mató al esclavo, que otro mató, ó si alguno hubiere respondido que él es heredero, porque en estos casos no queda libre el que hizo la muerte, ó el que es heredero. Ni estas cosas son entre sí contrarias; porque en el primer caso se obligan los dos en virtud de la persona del esclavo, como decimos respecto al esclavo común, en cuyo caso, demandado el uno, queda libre también el otro; mas el que confiesa, que él mató, ó hirió, se obliga en su propio nombre; y por causa del que confesó, no debe quedar impune el delito del que lo hizo, á no ser que hubiere tomado á su cargo el litigio con este carácter, como defensor del que lo cometió, ó del heredero; porque entonces el actor ha de ser repelido con la excepción dada por el hecho, porque aquél ha de recuperar por la acción de gestión de negocios, ó por la de mandato, lo que pagó. Lo mismo es respecto de aquel que por mandato del heredero respondió que él era heredero, ó del que de otra manera quisiera defenderlo.

§ 1.—Interrogado uno en derecho, si posee un fundo, pregunto, ¿ha de ser obligado á responder, y á decir en qué porción posea el fundo? Respondi: escribe Javoleno, que el poseedor del fundo debe ser obligado á responder en qué porción posea el fundo, para que si dijera que lo posee en una parte menor, sea puesto el actor en posesión de la otra parte, que no fuese defendida.

§ 2.—Lo mismo se dice si diésemos caución por daño inminente; porque también en este caso debe responder en qué porción sea suyo el predio, para que á esta parte acomodemos la estipulación. Mas la pena del que á su vez no promete es esta, que entremos en posesión, y por lo tanto importa saber, si posee.

21. [22.] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXII.*—No hay duda, que con justicia debe hacerse interrogación, siempre que la equidad se lo aconsejare al juez.

22. [23.] SCAEVOLA; *Digesto, libro IV.*—Interrogando el procurador del César por razón de una deuda fiscal, uno de los hijos, que ni había recibido la posesión de bienes, ni era heredero, respondió, que él era heredero; ¿quedará acaso obligado á los demás acreedores, como por acción interrogatoria? Respondió, que por su respuesta no podía ser demandado por los que no le hubiesen interrogado en derecho.

(1) qui cum, (en lugar de quum pro), *Vulg.*

(2) non, inserta la *Vulg.*

(3) possideant, *Hal.*

(4) Respondi, *Hal.*

## TIT. II

DE QUIBUS REBUS AD EUNDEM IUDICEM EATUR

1. POMPONIUS *libro XIII. ad Sabinum*.—Si inter plures familiae erciscundae agetur, et inter eosdem communi dividendo, aut finium regundorum, eundem iudicem sumendum. Praeterea, quo facilius coire coheredes vel socii possint (1), in eundem locum omnium praesentiam fieri oportet (2).

2. PAPINIANUS *libro II. Quaestionum*.—Quum ex pluribus tutoribus unus, quod ceteri non sint idonei, convenitur, postulante eo omnes ad eundem iudicem mittuntur; et hoc Rescriptis Principum continetur.

## TIT. III

DE SERVO CORRUPTO

[Cf. Cod. VI. 2.]

1. ULPIANUS *libro XXIII. ad Edictum*.—Ait Praetor: QUI SERVUM, SERVAM, ALIENUM, ALIENAM RECEPISSE, PERSUASISSEVE QUID EI DICETUR DOLO MALO, QUO EUM, EAM DETERIOREM FACERET, IN EUM, QUANTI EA RES ERIT, IN DUPLUM IUDICIUM DABO.

§ 1.—Qui bona fide servum emit, hoc Edicto non tenebitur, quia nec ipse poterit servi corrupti agere, quia nihil eius interest, servum non corrumpi; et sane si quis hoc admiserit, eveniet, ut duobus actio servi corrupti competat, quod est absurdum. Sed nec eum, cui bona fide homo liber servit, hanc actionem posse exercere opinamur.

§ 2.—Quod autem Praetor ait: «recepisse», ita accipimus, si susceperit servum alienum ad se; et est proprie «recipere» refugium abscondendi causa servo praestare vel in suo agro, vel in alieno loco aedificiove.

§ 3.—«Persuadere» autem est plus, quam compelli atque cogi sibi parere; sed «persuadere» τῶν μέσων ἐστίν [ex mediis est], nam et bonum consilium quis dando potest suadere, et malum; et ideo Praetor adiecit: «dolo malo, quo eum deteriorem faceret»; neque enim delinquit, nisi qui tale aliquid servo persuadet, ex quo eum faciat deterio-rem. Qui igitur servum sollicitat ad aliquid vel faciendum, vel cogitandum improbe, hic videtur hoc Edicto notari.

§ 4.—Sed utrum ita demum tenetur, si bonae frugi servum perpulit ad delinquendum, an vero et si malum hortatus est, vel malo (3) monstravit, quemadmodum faceret? Et est verius, etiam si malo monstravit, in quem modum delinqueret, teneri eum; imo et si erat servus omnimodo fugitivus, vel furtum factururus, hic vero laudator huius propositi extitit, tenetur; non enim oportet laudando augeri malitiam. Sive ergo bonum ser-

(1) *Taur. al margen*; possunt, en el texto.(2) *praesentia fieri potest, Vulg.*

## TITULO II

POR QUÉ COSAS SE RECURRE Á UN MISMO JUEZ

1. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro XIII*.—Si la acción de partición de herencia se intentara entre muchos, y también entre los mismos la de división de cosa común, ó la de deslinde, se ha de recurrir á un mismo juez. Además de esto, para que más facilmente puedan reunirse los coherederos ó los socios, conviene que todos comparezcan en un mismo lugar.

2. PAPINIANO; *Cuestiones, libro II*.—Cuando de muchos tutores sólo uno es demandado, porque los demás no sean idóneos, pidiéndolo aquél, á todos se les remite ante el mismo juez; y así se halla prevenido en los Rescriptos de los Príncipes.

## TITULO III

DE LA CORRUPCIÓN DE ESCLAVO

[Véase Cód. VI. 2.]

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIII*.—Dice el Pretor: «El que fuere acusado de haber »acogido á un esclavo ó á una esclava, ajeno ó »ajena, y de haberle persuadido con dolo malo »á alguna cosa, con lo que le hiciera peor á él, ó »á ella, daré contra él acción por el duplo de »cuanto importare esta cosa».

§ 1.—El que con buena fe compró un esclavo, no estará obligado por este Edicto, porque tampoco él podrá ejercitar la acción de corrupción de esclavo, porque nada le importa, que no se corrompa al esclavo; y á la verdad, si alguno admite esto, sucederá, que la acción de corrupción de esclavo compete á dos, lo que es absurdo. Pero opinamos, que tampoco puede ejercitar esta acción aquel á quien de buena fe presta servidumbre un hombre libre.

§ 2.—Mas lo que dice el Pretor, «haber acogido», lo entendemos de este modo, si hubiere recogido para sí á un esclavo ajeno; y «acogerlo» es propiamente prestar refugio al esclavo para esconderlo ó en su campo, ó en lugar ó edificio ajeno.

§ 3.—Pero «persuadir» es más que ser compeli- do y obligado á obedecer á uno; mas «persuadir» es palabra de doble sentido, porque cualquiera puede persuadir dando así bueno, como mal consejo; y por esto añade el Pretor: «con dolo malo, con lo que le hiciera peor»; porque no delinque sino el que persuade al esclavo á alguna cosa tal, que con ella lo haga peor. Así pues, el que solicita al esclavo para que ó haga, ó piense sin probidad alguna cosa, se considera que está comprendido en este Edicto.

§ 4.—¿Pero se obligará acaso únicamente si impulsó á delinquir á un esclavo de buenas costumbres, ó si también al malo le aconsejó una cosa mala, ó le enseñó como la haría? Y es más cierto, que queda obligado también, si al malo le enseñó de qué modo delinquiría; aun más, si de todos modos había de fugarse el esclavo, ó había de cometer un hurto, pero uno alabó su propósito, queda obligado; porque no debe aumentarse la malicia

(3) *servo, insertan Hal. Vulg.*

vum fecerit malum, sive malum fecerit deteriorum, corrupisse videbitur.

§ 5.—Is quoque deteriorum facit, qui servo persuadet, ut iniuriam faceret, vel furtum, vel fugeret, vel alienum servum ut sollicitaret, vel ut peculium intricaret, aut amator existeret vel erro (1), vel malis artibus esset deditus, vel in spectaculis nimius, vel seditiosus, vel si actori suavis verbis sive pretio, ut rationes dominicas intercederet, adulteraret, vel etiam ut rationem sibi commissam turbaret,

2. PAULUS libro XIX. ad Edictum.—vel luxuriosum, vel contumacem fecit, quive, ut stuprum (2) pateretur, persuadet.

3. ULPIANUS libro XXIII. ad Edictum.—«Dolo malo» adiecto calliditatem notat Praetor eius, qui persuadet; ceterum si quis sine dolo deteriorum fecerit, non notatur; et si lusus gratia fecit, non tenetur.

§ 1.—Unde quaeritur, si quis servo alieno suaserit in tectum ascendere, vel in puteum descendere, et ille parens adscenderit vel descendit, et ceciderit, crasque vel quid aliud fregerit, vel perierit, an teneatur? Et si quidem sine dolo malo fecerit, non tenetur, si dolo malo, tenebitur;

4. PAULUS libro XIX. ad Edictum.—sed commodius est, utili lege Aquilia eum teneri.

5. ULPIANUS libro XXIII. ad Edictum.—«Doli» verbum etiam ad eum, qui recepit, referendum est, ut non alius teneatur, nisi qui dolo malo fecerit (3); ceterum si quis, ut domino (4) custodiret, recepit vel humanitate vel misericordia ductus, vel alia probata (5) atque iusta ratione, non tenebitur.

§ 1.—Si quis dolo malo persuaserit quid servo, quem liberum putabat, mihi videtur, teneri eum oportere; magis (6) enim delinquit, qui liberum putans (7) corrumpit, et ideo, si servus fuerit, tenebitur.

§ 2.—Haec actio etiam adversus fatentem in duplum est, quamvis Aquilia infitiantem duntaxat coarceat.

§ 3.—Si servus servave fecisse dicitur, iudicium cum noxae deditioe redditur.

§ 4.—Haec actio refertur ad tempus servi corrupti, vel recepti, non ad praesens; et ideo et si decesserit, vel alienatus sit, vel manumissus, nihil minus locum habebit actio; nec extinguitur manumissione semel nata actio

6. PAULUS libro XIX. ad Edictum.—praeteritae enim utilitatis aestimatio in hoc iudicium versatur—;

7. ULPIANUS libro XXIII. ad Edictum.—nam

con alabanzas. Por consiguiente, se entenderá que lo corrompió, tanto si hubiere hecho malo al esclavo bueno, como si al malo lo hubiere hecho peor.

§ 5.—También lo hace peor el que persuade al esclavo á que haga una injuria, ó un hurto, ó á que huya, ó á que solicite al esclavo de otro, ó á que empeñe su peculio, ó á que sea mujeriego ó vagabundo, ó á que se haya consagrado á malas artes, ó demasiado á los espectáculos, ó sea seditioso, ó si con palabras ó con soborno persuadió al esclavo administrador á que rompiese ó alterase las cuentas de su señor, ó también á que embrollase la cuenta que se le encomendó,

2. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XIX.*—ó lo hizo lujurioso, ó contumaz, ó el que le persuade á que consienta el estupro.

3. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIII.*—Con las palabras «con dolo malo» añadidas indica el Pretor la malicia del que persuade; pero si alguno sin dolo le hubiere hecho peor, no es comprendido; y si lo hizo por chanza, no queda obligado.

§ 1.—Por lo cual se pregunta, si alguno hubiere persuadido al esclavo ajeno á que suba á un tejado, ó baje á un pozo, y él, siguiendo el consejo, hubiere subido ó bajado, y se cayere, y se hubiere roto una pierna, ú otra cualquier cosa, ó se matare, ¿quedaré obligado? Y si verdaderamente lo hubiere hecho sin dolo malo, no se obliga, pero si con dolo malo, se obligará;

4. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XIX.*—pero es más conveniente, que éste se obligue por la acción útil de la ley Aquilia.

5. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIII.*—La palabra «dolo» se ha de referir también á aquel que le dió acogida, para que no se obligue otro, sino el que lo hubiere hecho con dolo malo; pero si alguno le dió refugio para guardarlo para el dueño, ó llevado de humanidad ó misericordia, ó por otra plausible y justa razón, no quedará obligado.

§ 1.—Si alguno hubiere persuadido con dolo malo alguna cosa á un esclavo, que juzgaba libre, me parece que debe quedar obligado; porque más delinque el que corrompe al que juzga libre, y por lo tanto, si fuere esclavo, quedará obligado.

§ 2.—Esta acción es por el duplo también contra el que confiesa, aunque la ley Aquilia castigue sólo al que niega.

§ 3.—Si se dijere que lo hizo un esclavo ó una esclava, se da la acción con la dación por daño.

§ 4.—Esta acción se refiere al tiempo de la corrupción del esclavo, ó al de su acogida, no al presente; y por lo tanto, también si hubiere fallecido, ó sido enajenado, ó manumitido, tendrá, sin embargo, lugar esta acción; y una vez nacida la acción no se extingue por la manumisión

6. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XIX.*—porque en este juicio se discute la estimación de la utilidad pasada—;

7. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro*

(1) errori, Hal. Vulg.

(2) perpetraret, inserta la Vulg.

(3) recepit, al margen interior del código Fl.

(4) Bas. (δὲ τὸ ἀποδοῦναι τῷ δεσπότη); omnino, Vulg.

(5) Hal. Vulg.; vel approbata, Fl.

(6) Fl. según reciente corrección; maius, Taur.

(7) putans, omitela Hal.

et mali servi forsitan consequuntur libertatem, et posterior causa interdum tribuit manumissionis iustam rationem.

8. PAULUS libro XIX. ad Edictum.— Sed et heres eius, cuius servus corruptus est, habet hanc actionem non solum si manserit in hereditate servus, sed et si exierit, forte legatus.

9. ULPIANUS libro XXIII. ad Edictum.— Si quis servum communem meum et suum corruerit, apud Iulianum libro nono (1) Digestorum quaeritur, an hac actione teneri possit? Et ait, teneri eum socio; praeterea poterit et communi dividendo, et pro socio, si socii sint, teneri, ut Iulianus ait. Sed cur deteriore facit Iulianus conditionem socii, si cum socio agat, quam si cum extraneo agit? nam qui cum extraneo agit (2), sive receperit (3), sive corruerit, agere potest, qui cum socio, sine alternatione, id est, si corruerit, nisi forte non putavit Iulianus hoc cadere in socium, nemo enim suum recipit. Sed si celandi animo receperit, potest defendi, teneri eum.

§ 1.—Si in servo ego habeam usumfructum, tu proprietatem, si quidem a me sit deterior factus, poteris mecum experiri, si tu id feceris, ego agere utili actione possum; ad omnes enim corruptelas haec actio pertinet, et interesse fructuarii videtur, bonae frugis servum esse, in quo usumfructum habet. Et si forte alius eum receperit, vel corruerit, utilis actio fructuario competit.

§ 2.—Datur autem actio, quanti ea res erit, eius dupli.

§ 3.—Sed quaestionis est, aestimatio utrum eius duntaxat fieri debeat, quod servus in corpore vel in animo damni senserit, hoc est, quanto vilior servus factus sit, an vero et ceterorum? Et Neratius ait, tanti condemnandum corruptorem, quanti servus ob id, quod corruptus (4) sit, minoris sit.

10. PAULUS libro XIX. ad Edictum.— In hoc iudicium etiam rerum aestimatio venit, quas secum servus abstulit, quia omne damnum duplatur (5), neque intererit, ad eum perlatae fuerint res, an ad alium, sive etiam consumptae sint (6); etenim iustius est, eum teneri, qui princeps fuerit delicti, quam eum quaeri, ad quem res perlatae sunt.

11. ULPIANUS libro XXIII. ad Edictum.— Neratius ait, postea furta facta in aestimationem non venire; quam sententiam veram puto, nam et verba Edicti: «quanti ea res erit», omne detrimentum recipiunt.

(1) VIII., Hal.

(2) Hal.; egit, Fl.

(3) Hal. Vulg.; receperit, Fl.

(4) Hal. Vulg.; subreptus, Fl.; susceptus, ó subversus, conjectura Br.

XXIII.—porque también los malos esclavos consiguen á veces la libertad, y á veces una causa posterior da la justa razon de la manumisión.

8. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XIX.*— Pero también tiene esta acción el heredero de aquel cuyo esclavo fué corrompido, no sólo si el esclavo hubiere permanecido en la herencia, sino también si de ella hubiere salido, acaso habiendo sido legado.

9. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIII.*—Si alguno hubiere corrompido á un esclavo común, mío y suyo, preguntase Juliano en el libro noveno del Digesto, ¿podrá estar obligado por esta acción? Y dice, que se obliga á favor de su socio; y además de esto, podrá quedar obligado tanto por la acción de división de cosa común, como por la de sociedad, si fueran socios, como dice Juliano. ¿Pero por qué hace Juliano peor la condición del socio, si litiga con otro socio, que si ejercita la acción contra un extraño? Porque el que ejercita la acción contra un extraño, puede ejercitarla, ya le hubiere acogido, ya le hubiere corrompido, y el que contra un socio, sin la alternativa, esto es, si lo corrompió, á no ser acaso que no creyó Juliano que esto acontezca respecto á un socio, porque nadie acoge al que es suyo. Pero si lo acoge con ánimo de ocultarlo, puede sostenerse, que él queda obligado.

§ 1.—Si sobre un esclavo tuviera yo el usufructo, y tú la propiedad, si verdaderamente por mí hubiera sido empeorado, podrás ejercitar la acción contra mí, y si tú lo hubieres hecho, puedo yo ejercitar la acción útil; porque esta acción se refiere á todas las corrupciones, y se entiende que interesa al usufructuario que sea de buenas costumbres el esclavo sobre el cual tiene el usufructo. Y si acaso otro lo hubiere acogido ó corrompido, compete la acción útil al usufructuario.

§ 2.—Mas se da esta acción por el duplo de cuanto valiere la cosa.

§ 3.—Pero se pregunta, ¿deberá hacerse la estimación únicamente de aquel daño que el esclavo hubiere experimentado en su cuerpo, ó en su alma, esto es, de cuanto el esclavo haya sido hecho de menos valor, ó también de todo lo demás? Y dice Neracio, que el corruptor ha de ser condenado en tanto cuanto el esclavo sea de menos valor por esto, porque haya sido corrompido.

10. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XIX.*—En este juicio viene comprendida también la estimación de las cosas que el esclavo se llevó consigo, porque se duplica todo el daño, y no importará que las cosas hubieren sido llevadas para él, ó á otro, ó también que hayan sido consumidas; porque es más justo que sea responsable el que fuere autor principal del delito, que no que se busque á aquel á quien se llevaron las cosas.

11. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIII.*—Dice Neracio, que los hurtos cometidos después no se comprenden en la estimación; cuya opinión juzgo verdadera, porque también las palabras del Edicto «cuanto valiere la cosa» comprenden todo detrimento.

(5) duplicatur, Vulg.

(6) Hal. Vulg.; sunt, Fl.

§ 1.—Servo persuasi, ut chirographa debitorum corrumpat, videlicet tenebor; sed si consuetudine peccandi postea et rationes ceteraque similia instrumenta subtraxerit, vel interleverit, deleverit, dicendum erit, corruptorem horum nomine non teneri.

§ 2.—Quamvis autem rerum subtractarum nomine servi corrupti competat actio, tamen et furti agere possumus, ope enim consilio sollicitatoris videntur res abesse; nec sufficet, alterutra actione egisse, quia altera alteram non minuit. Idem et in eo, qui servum recepit, et celavit, et deteriore fecit, Iulianus scribit; sunt enim diversa (1) maleficia furis et eius, qui deteriore servum facit. Hoc amplius et conditionis (2) nomine tenebitur; quamvis enim conditione hominem, poenam autem furti actione consecutus sit, tamen et quod interest, debet consequi actione servi corrupti,

12. PAULUS libro XIX. ad Edictum.—quia manet reus obligatus etiam rebus redditis.

13. ULPIANUS libro XXIII. ad Edictum.—Haec actio perpetua est, non temporaria (3), et heredi ceterisque successoribus competit; in heredem non dabitur, quia poenalis est.

§ 1.—Sed et si quis servum hereditarium corruerit, hac actione tenebitur, sed et petitione hereditatis quasi praedo tenebitur,

14. PAULUS libro XIX. ad Edictum.—ut tantum veniat in hereditatis petitionem, quantum in hanc actionem.

§ 1.—De filio filiae familias corruptis huic Edicto locus non est, quia servi corrupti constituta actio est, qui in patrimonio nostro esset, et pauperiorem se factum esse dominus probare potest dignitate et fama domus integra manente; sed utilis competit officio iudicis aestimanda, quoniam interest nostra, animum liberorum nostrorum non corrumpi.

§ 2.—Si servus communis meus et tuus proprium meum servum corruerit, Sabinus, non posse agi cum socio, perinde atque si proprius meus servus corrupisset conservum. Item, si servus communis extraneum corruerit, videndum est, utrum cum duobus agi debeat, an et cum singulis exemplo ceterarum noxarum? Et magis est, ut unusquisque in solidum teneatur, altero autem solvente alterum liberari.

§ 3.—Si is, in quo usumfructum habeo, servum meum corruerit, erit mihi actio cum domino proprietatis.

§ 4.—Pignori (4) dati nomine debitor habet hanc actionem.

§ 5.—In hac actione non (5) extra rem duplum est, id enim, quod damni datum est, duplatur.

§ 1.—Si persuadi á un esclavo, para que viciase las escrituras de los deudores, sin duda quedará obligado; pero si por la costumbre de delinquir, también hubiere substraído después las cuentas y otros documentos semejantes, ó los hubiere rayado, ó borrado, se habrá de decir, que el corruptor no es responsable por razón de estas cosas.

§ 2.—Mas aunque compete la acción de corrupción de esclavo por razón de las cosas substraídas, podemos, sin embargo, ejercitar también la de hurto, porque parece que faltan las cosas por ayuda y consejo del instigador; y no bastará haber ejercitado una ú otra acción, porque la una no extingue la otra. Lo mismo escribe Juliano también respecto al que acogió al esclavo y lo ocultó, y lo pervertió; porque son diversos delitos el del que hurta, y el del que pervierte al esclavo. Además de esto, también quedará obligado por razón de la condición; porque aunque por la condición haya conseguido el esclavo, y por la acción de hurto la pena, sin embargo, deberá conseguir por la acción de corrupción de esclavo también lo que importa,

12. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XIX.*—porque el reo queda obligado aun después de restituidas las cosas.

13. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIII.*—Esta acción es perpétua, no temporal, y compete al heredero y á los demás sucesores; no se dará contra el heredero, porque es penal.

§ 1.—Pero también si alguno hubiere corrompido á un esclavo de la herencia, se obligará por esta acción, mas como poseedor de mala fe estará obligado también por la de petición de herencia,

14. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XIX.*—de suerte que en la petición de herencia se comprenda tanto como en esta acción.

§ 1.—Este Edicto no tiene aplicación á la corrupción del hijo, ó de la hija de familia, porque la acción se constituyó respecto á la corrupción del esclavo, que estuviese en nuestro patrimonio, y cuyo dueño puede probar que á él se le ha hecho más pobre, permaneciendo íntegras la dignidad y la fama de su casa; pero compete la acción útil, que se estimará por ministerio del juez, porque nos interesa, que no se corrompa el alma de nuestros hijos.

§ 2.—Si un esclavo común, mío y tuyo, hubiere corrompido á un esclavo mío propio, dice Sabino, que no puede ejercitarse la acción contra el dueño, del mismo modo que si un esclavo mío propio hubiese corrompido á un esclavo común. Igualmente, si un esclavo común hubiere corrompido al de otro, se ha de ver, ¿acaso deberá ejercitarse la acción contra los dos, ó también contra cada uno, así como en las demás acciones noxales? Y es más cierto, que cada uno quede obligado por el todo, pero que pagando el uno, quede libre el otro.

§ 3.—Si aquel sobre el cual tengo el usufructo, hubiere corrompido á un esclavo mío, tendré acción contra el dueño de la propiedad.

§ 4.—El deudor tiene esta acción por razón del que tuviere dado en prenda.

§ 5.—En esta acción se computa el duplo sin prescindirse de la cosa, porque se duplica el importe del daño que se causó.

(1) *divisa inter se, (en lugar de diversa), Hal.*

(2) *conditione, Vulg. (omittendo nomine).*

(3) *temporalis, Vulg.*

(4) *Hal. Vulg.; pignoris, Fl.*

(5) *non, omitela Hal.*

§ 6.—His consequenter et illud probatur, ut, si servo meo persuaseris, ut Titio furtum faciat, non solum in id tenearis (1), quo deterior servus effectus est, sed et in id, quod Titio praestiturus sim.

§ 7.—Item non solum, si mihi damnum dederit (2) consilio tuo, sed etiam si extraneo, eo quoque nomine mihi teneris, quod ego lege Aquilia obnoxius sim; aut si ex conducto teneor alicui, quod ei servum locavi, et propter te deterior factus sit, teneberis et hoc nomine, et si qua talia sint.

§ 8.—Aestimatio autem habetur in hac actione, quanti servus vilior (3) factus sit, quod officio iudicis expedietur.

§ 9.—Interdum tamen et (4) inutilis sit, ut non expediat talem servum habere; utrum ergo et pretium cogitur dare sollicitator, et servum dominus lucrifaciat, an vero cogi debet dominus restituere servum, et pretium servi accipere? Et verius est, electionem domino dari, sive servum detinere cupit, et damnum, quanti deterior servus factus est, in duplum accipere, vel servo restituto, si copiam huius rei habeat, pretium consequi; quod si non habeat, pretium quidem simili modo accipere debet, cedere autem sollicitatori periculo eius de dominio (5) servi actionibus. Quod tamen de restitutione hominis dicitur, tunc locum habet, quum (6) homine vivo agitur. Quod (7) autem si (8) manumisso eo agatur, non facile apud iudicem audietur dicendo, ideo se manumisisse, quoniam habere noluerat domi, ut et pretium habeat, et libertum.

15. GAIUS libro VI. ad Edictum provinciale.—Corrumpitur animus servi, et si persuadeatur ei, ut dominum contemneret (9).

16. ALFENUS VARUS (10) libro II. Digestorum.—Dominus servum dispensatorem manumisit, postea rationes ab eo accepit, et quum (11) iis non constaret, comperit, apud quamdam mulierculam pecuniam eum consumsisse; quaerebatur, possetne agere servi corrupti cum ea muliere, quum is servus iam liber esset? Respondi, posse, sed etiam furti de pecuniis, quas servus ad eam detulisset.

17. MARCIANUS libro IV. Regularum.—Servi corrupti nomine et constante matrimonio marito in mulierem datur actio, sed favore nuptiarum in simplum.

§ 6.—Consiguientemente á esto queda también probado, que si hubieres persuadido á mi esclavo para que haga un hurto á Ticio, no sólo te obligas en lo que fué empeorado el esclavo, sino también en lo que yo haya de pagar á Ticio.

§ 7.—Asimismo, no sólo me quedas obligado si el daño me lo hubiere causado á mi por tu consejo, sino también si á un extraño, por la misma razón también por la que yo sea responsable por la ley Aquilia; ó si por razón de arrendamiento estoy obligado á alguno, porque le di en arrendamiento el esclavo, y por tu causa se haya empeorado, quedarás obligado también por este motivo; y por otras causas semejantes.

§ 8.—Mas en esta acción se estima cuanto el esclavo haya sido depreciado, lo cual se determinará por ministerio del juez.

§ 9.—Pero á veces también será inútil, de suerte que no convenga tener tal esclavo; ¿en este caso, está obligado el corruptor á entregar también el precio, y lucrará el dueño con tal esclavo, ó debe acaso ser obligado el dueño á restituir el esclavo, y á recibir el precio del esclavo? Y es más cierto, que se da la elección al dueño, ya si quiere retener el esclavo, y recibir en el duplo el daño en que se empeoró el esclavo, ó percibir el precio, habiendo restituido el esclavo, si tuviera la posibilidad de ello; mas si no la tuviera, debe ciertamente recibir de igual modo el precio, y ceder al corruptor, á riesgo de éste, las acciones sobre el dominio del esclavo. Mas lo que se dice respecto á la restitución del esclavo, tiene lugar cuando se ejercita la acción estando vivo el esclavo. Mas si se ejercitara habiendo sido manumitido, no será fácilmente oído ante el juez diciendo, que él lo manumitió por esto, porque no había querido tenerlo en casa, para tener tanto el precio, como el liberto.

15. GAYO; Comentarlos al Edicto provincial, libro VI.—Corrómpese el ánimo del esclavo, también si se le persuadiera á que menosprecie á su dueño.

16. ALFENO VARO; Digesto, libro II.—Un dueño manumitió al esclavo administrador, después le tomó las cuentas, y no estando conforme con ellas, averiguó que aquél había gastado el dinero con cierta mujerzuela; preguntábase, ¿podría ejercitar contra aquella mujer la acción de corrupción de esclavo, cuando ya este esclavo fuese libre? Respondi, que podía, así como también la de hurto por el dinero que el esclavo le hubiese entregado á ella.

17. MARCIANO; Reglas, libro IV.—Por razón de corrupción de esclavo y durante el matrimonio se da acción al marido contra la mujer, pero por el simple importe por consideración al matrimonio.

(1) Vulg.; teneris, Fl.

(2) dederis, Hal.

(3) inutilior, Hal.

(4) si, insertan Hal. Vulg.; si sic, insertan los códices en Br.

(5) dominus, (en lugar de de dominio), Vulg.

(6) de, insertan Hal. Vulg.

(7) Taur.; Quid, Fl., Br.

(8) Véase la nota 6.

(9) contemnat, acertadamente Hal. Vulg.

(10) Varus, omitela Hal.; Africanus, Bas. (en lugar de Alfenus Varus).

(11) de, insertan Hal. Vulg.

## TIT. IV

DE (1) FUGITIVIS  
[Cf. Cod. VI. 1.]

1. ULPIANUS libro I. (2) ad Edictum.—Is, qui fugitivum celavit, fur est.

§ 1.—Senatus censuit, ne fugitivi admittantur in saltus, neque protegantur a villicis vel procuratoribus possessorum (3), et muletam statuit; his autem, qui intra viginti dies fugitivos vel dominis reddidissent, vel apud Magistratus exhibuissent, veniam in ante actum dedit. Sed et deinceps eodem Senatusconsulto impunitas datur ei, qui intra praestituta tempora, quam reperit fugitivos in agro suo, domino vel Magistratibus tradiderit.

§ 2.—Hoc autem Senatusconsultum aditum etiam dedit militi vel pagano ad investigandum fugitivum in praedia Senatorum vel paganorum. Cui rei etiam lex Favia prospexerat et Senatusconsultum Modesto Consule factum, ut fugitivos inquirere volentibus literae ad Magistratus dentur; muleta etiam centum solidorum in Magistratus statuta, si literis acceptis inquirentes non adiuvent. Sed et in eum, qui quaeri apud se prohibuit, eadem poena statuta (4). Est etiam generalis Epistola Divorum Marci et Commodi, qua declaratur, et Praesides, et Magistratus, et milites stationarios dominum adiuvare debere inquirendis fugitivis, et ut inventos redderent, et ut hi, apud quos delitescant, puniantur, si crimine contingantur.

§ 3.—Unusquisque eorum, qui fugitivum apprehendit, in publicum deducere debet.

§ 4.—Et merito monentur Magistratus, eos diligenter custodire, ne evadant.

§ 5.—Fugitivum accipe, et si quis erro sit; fugitivi autem appellatione ex fugitiva natum non contineri, Labeo libro primo ad Edictum scribit.

§ 6.—In publicum deduci intelliguntur, qui Magistratibus municipalibus traditi sunt, vel publicis ministeriis.

§ 7.—Diligens custodia etiam vincire permittit.

§ 8.—Tamdiu autem custodiuntur, quamdiu ad Praefectum vigilum, vel ad Praesidem (5) deducantur, eorumque nomina, et notae, et cuius se quis esse dicat, ad Magistratus deferantur, ut facilius agnosci et percipi fugitivi possint. Notae autem verbo etiam cicatrices continentur. Idem iuris est, si haec in scriptis publice vel in aedes proponas.

2. CALISTRATUS libro VI. *Cognitionum*.—Fu-

## TITULO IV

DE LOS FUGITIVOS  
[Véase Cod. VI. 1.]

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro I*.—El que ocultó á un fugitivo, es ladrón.

§ 1.—Dispuso el Senado, que los fugitivos no sean admitidos en los bosques, y que no sean protegidos por los mayordomos ó procuradores de los poseedores, y estableció una multa; mas á aquellos que dentro de veinte días ó hubiesen devuelto los fugitivos á sus dueños, ó los hubiesen exhibido ante los Magistrados, les concedió perdón del delito antes cometido. Pero también después se concede por el mismo Senadoconsulto la impunidad al que dentro del tiempo prefijado, cuando hubiere encontrado en su campo fugitivos, los hubiere entregado á su dueño, ó á los Magistrados.

§ 2.—Mas este Senadoconsulto también concedió á los militares, ó á los paisanos, derecho de entrada en los predios de los Senadores, ó de los aldeanos, para buscar á un fugitivo. A lo cual habían atendido también la ley Favia y el Senadoconsulto hecho siendo consul Modesto, para que se diesen cartas para los Magistrados á aquellos que quisieran buscar á los fugitivos; habiéndose establecido también la multa de cien sueldos contra los Magistrados, si recibidas las cartas, no ayudasen á los que los buscaban. Pero también se estableció la misma pena contra el que prohibió que en su casa fuesen buscados. Hay también una Carta general de los Divinos Marco y Cómodo, en la que se declara, que tanto los Presidentes, como los Magistrados, y los soldados de guarnición deben ayudar al dueño en la busca de sus esclavos, y que le entreguen los que hayan encontrado, y que sean castigados aquellos en cuyas casas se oculten, si fueran culpables.

§ 3.—Cualquiera de estos, que aprehende á un fugitivo, debe presentarlo á la autoridad pública.

§ 4.—Y con razón se previene á los Magistrados que los custodien con cuidado, para que no se escapen.

§ 5.—Considéralo como fugitivo, también si alguno fuera vagabundo; pero escribe Labeon en el libro primero de sus comentarios al Edicto, que en la denominación de fugitivo no se comprende al nacido de una fugitiva.

§ 6.—Se entiende que son presentados á la autoridad pública, los que son entregados á los Magistrados municipales, ó á los funcionarios públicos.

§ 7.—La custodia diligente permite también ponerlos presos.

§ 8.—Mas son custodiados hasta tanto que sean llevados ante el Prefecto de los vigilantes, ó ante el Presidente, y se manifiesten á los Magistrados sus nombres, y señas, y de quien diga cada uno que es, para que más fácilmente puedan ser reconocidos y recobrados los fugitivos. Mas en la palabra señas se comprenden también las cicatrices. El mismo efecto legal resulta, si expusieras estas cosas públicamente en escrituras, ó en los edificios públicos.

2. CALISTRATO; *Tratado de las Jurisdicciones*,

(1) SERVIS, inserta la Vulg.

(2) XXI, Hal.

(3) possessionum, Hal.

(4) statuta est: etiam generali epistola, Hal.

(5) provinciae, insertan Hal. Vulg.

gitivi simplices (1) dominis reddendi sunt; sed si pro libero se gesserint, gravius coërceri solent.

3. ULPIANUS *libro VII. de officio Proconsulis.*—Divus Pius rescripsit, eum, qui fugitivum vult requirere in praediis alienis, posse adire Praesidem literas ei daturum, et si ita res exegerit, apparitorem quoque, ut ei permittatur ingredi et inquirere, et poenam eundem Praesidem in eum constituere, qui inquiri non permiserit. Sed et Divus Marcus Oratione, quam in Senatu recitavit, facultatem dedit ingrediendi tam Caesaris, quam Senatorum et paganorum praedia volentibus fugitivos inquirere, scrutarique cubilia atque vestigia occultantium.

4. PAULUS *libro I. Sententiarum* (2).—Lime-narchae et stationarii fugitivos deprehensos recte in custodiam retinent. Magistratus municipales ad officium Praesidis provinciae vel Proconsulis comprehensos fugitivos recte transmittunt.

5. TRYPHONINUS *libro I. Disputationum.*—Si in arenam fugitivus servus se dederit, ne isto quidem periculo discriminis vitae tantum sibi irrogato potestatem domini evitare poterit; nam Divus Pius rescripsit, omnimodo eos dominis suis reddere, sive ante pugnam ad bestias, sive post pugnam, quoniam interdum aut pecunia inter-versa, aut commisso aliquo maiore maleficio ad fugiendam inquisitionem vel iustitiam animadversionis in arenam se dare mallent; reddi ergo eos oportet.

## TIT. V

## DE (3) ALEATORIBUS

[Cf. Cod. III. 43.]

1. ULPIANUS *libro XXIII. ad Edictum.*—Praetor ait: SI QUIS EUM, APUD QUEM (4) ALEA LUSUM ESSE DICETUR, VERBERAVERIT, DAMNUMVE EI DEDERIT, SIVE QUID EO TEMPORE DOMO (5) EIUS SUBTRACTUM EST (6), IUDICIUM NON DABO; IN EUM, QUI ALEAE LUDENDAE CAUSA VIM INTULERIT, UTI QUAEQUE (7) RES ERIT, ANIMADVERTAM.

§ 1.—Si rapinas fecerint inter se collusores, vi bonorum raptorum non denegabitur actio; susceptorem enim duntaxat prohibuit vindicari, non et collusores, quamvis et hi indigni videantur.

§ 2.—Item notandum, quod susceptorem verberatum quidem, et damnum passum ubicunque et quandocunque non vindicat; verum furtum factum domi, et eo tempore, quo alea ludebatur, li-

*libro VI.*—Los simples fugitivos han de ser entregados á sus dueños; pero si se hubieren hecho pasar como libres, suelen ser castigados con más severidad.

3. ULPIANO; *Del cargo de Procónsul, libro VII.*—Manifestó en rescripto el Divino Pio, que el que quiere buscar un fugitivo en predios ajenos puede acudir al Presidente, que le habrá de dar cartas, y si así el caso lo exigiere, también un alguacil, para que se le permita entrar y buscar, y que el mismo Presidente fije una pena contra el que no hubiere permitido que se buscara. Pero también el Divino Marco, en una oración que recitó en el Senado, dió facultad para entrar en los predios, tanto del César, como de los Senadores y de los aldeanos, á los que quisieran buscar fugitivos, y reconocer los lechos y cualquier otro punto de los que los ocultan.

4. PAULO; *Sentencias, libro I.*—Los jefes de la guarda de los puertos, y los soldados de guarnición, retienen con derecho en custodia á los fugitivos aprehendidos. Los Magistrados municipales remiten con derecho á la autoridad del Presidente de la provincia, ó del Procónsul los fugitivos aprehendidos.

5. TRIFONINO; *Disputas, libro I.*—Si el esclavo fugitivo se hubiere dado á las luchas del circo, ciertamente que ni aun habiéndose causado á sí propio este peligro de pérdida de la vida podrá librarse de la potestad de su dueño; porque dijo en rescripto el Divino Pio, que de todos modos volvieron ellos á sus dueños, ya antes de la lucha con las fieras, ya después de la lucha, porque á veces, ó por haber defraudado alguna cantidad, ó por haber cometido algún otro delito mayor, prefieren darse á las luchas del circo para huir de la averiguación ó de la justicia del castigo; y por esto es consiguiente que sean restituidos.

## TITULO V

## DE LOS JUGADORES DE AZAR

[Véase Cod. III. 43.]

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIII.*—Dice el Pretor: »Si alguno hubiere golpeado á aquel en cuya casa se dijere que se jugó á juego de azar, ó si le hubiere causado algún daño, ó si en la casa de éste se substrajo en tal ocasión alguna cosa, no daré acción; castigaré al que para que se juegue á juegos de azar hubiere empleado la fuerza, de cualquier modo que fuere».

§ 1.—Si entre si cometieren rapiñas los jugadores, no se denegará la acción de bienes arrebatados por fuerza; porque solamente prohibió que se amparase al que tiene casa de juego, no también á los jugadores, aunque también éstos sean considerados indignos.

§ 2.—Asimismo se ha de notar, que no ampara al que tiene casa de juego que verdaderamente fué golpeado, y recibió daño en cualquiera parte y ocasión; sino que el hurto cometido en su casa,

(1) supplices, otros en Hal.

(2) Hállase este fragmento en Pauli Sentt. rec. I. 6. A. §. 3. 4.

(3) ALEAE LUSU ET, inserta la Vulg.

(4) IN, insertan Hal. Vulg.

(5) Hal. Bas. (ἐξ αὐτοῦ κλέψας); DOLO, Fl.

(6) ERIT, Hal.

(7) UTIQUE QUAE, Hal.

cet lusor non fuerit, qui quid eorum fecerit, impune fit. «Domum» autem pro habitatione et domicilio nos accipere debere, certum est.

§ 3.—Quod autem Praetor negat, se furti actionem daturum, videamus, utrum ad poenalem actionem solam pertineat, an et si ad exhibendum velit agere, vel vindicare, vel condicere? Et est relatum apud Pomponium, solummodo poenalem actionem denegatam; quod non (1) puto verum, Praetor enim simpliciter ait: «si quid subtractum erit, iudicium non dabo».

§ 4.—«In eum, inquit, qui aleae ludendae causa vim intulerit, uti quaeque res erit, animadvertam»; haec clausula pertinet ad animadversionem eius, qui compulsi ludere, ut aut multa mulctetur, aut in lautumias, vel in vincula publica ducatur;

2. PAULUS libro XIX. ad Edictum.— solent enim quidam et cogere ad lusum vel ab initio, vel victi dum retinent.

§ 1.—Senatusconsultum vetuit in pecuniam ludere, praeterquam si quis certet hasta (2) vel pilo iaciendo, vel currendo, saliendo, luctando, pugando, quod virtutis causa fiat;

3. MARCIANUS libro V. Regularum.—in quibus rebus ex lege Titia, et Publicia (3), et Cornelia etiam sponsonem facere licet; sed ex aliis, ubi pro virtute certamen non fit, non licet.

4. PAULUS libro XIX. ad Edictum.— Quod in convivio (4) vescendi causa ponitur, in eam rem familia (5) ludere permittitur.

§ 1.—Si servus vel filiusfamilias victus fuerit, patri vel domino competit repetitio. Item si servus acceperit pecuniam, dabitur in dominum de peculio actio, non noxalis, quia ex negotio gesto agitur. Sed non amplius cogendus est praestare, quam id, quod ex ea re in peculio sit.

§ 2.—Adversus parentes et patronos repetitio eius, quod in alea lusum est, utilis ex hoc Edicto danda est.

## TIT. VI

## SI MENSOR FALSUM MODUM DIXERIT

1. ULPIANUS libro XXIV. ad Edictum.— Adversus mensorem agrorum Praetor in factum actionem proposuit, a quo falli nos non oportet; nam interest nostra, ne fallamur in modi renuntiatione, si forte vel de finibus contentio sit, vel emtor scire velit, vel venditor, cuiusmodi ager veneat. Ideo autem hanc actionem proposuit, quia non crediderunt veteres, inter talem personam locationem et conductionem (6) esse, sed magis operam beneficii loco praebere, et id, quod datur, ei ad remunerandum dari, et inde honorarium

(1) non, omitela Hal.

(2) disco, Hal.

(3) et Publicia, omitelas Hal.

y al tiempo en que se jugaba al azar, aunque no fuere un jugador el que hubiere hecho alguna de estas cosas, se comete impunemente. Y es cierto que debemos entender por «casa» la habitación y el domicilio.

§ 3.—Mas lo que dice el Pretor, que él no dará la acción de hurto, veamos, ¿se referirá únicamente á la acción penal, ó también á si quisiera ejercitar la de exhibición, ó la de vindicación, ó la condicción? Y dice Pomponio, que solamente está denegada la acción penal; lo que no juzgo verdadero, porque el Pretor dice simplemente: «si se hubiere substraído alguna cosa, no daré acción».

§ 4.—«Castigaré, dice, al que para que se juegue á juegos de azar hubiere empleado la fuerza, de cualquier modo que fuere»; esta cláusula se refiere al castigo de aquel que compelió á jugar, para que ó sea multado, ó conducido á las canteiras, ó á las cárceles públicas;

2. PAULO; Comentarios al Edicto, libro XIX.— porque suelen algunos obligar también á jugar, ó desde un principio, ó cuando habiendo ellos perdido retienen á otros.

§ 1.—Un Senadoconsulto prohibió jugar dinero, excepto si alguno jugara á tirar la lanza ó el dardo, ó á correr, saltar, luchar, ó pelear, y esto se haga para probar el valor;

3. MARCIANO; Reglas, libro V.—en cuyos juegos es lícito hacer también apuesta por la ley Titia, por la Publicia, y por la Cornelia; pero no es lícito en otros, en los que no se celebre certamen para probar el valor.

4. PAULO; Comentarios al Edicto, libro XIX.— Permite que jueguen los esclavos sobre aquella cosa que para comer se pone en la mesa.

§ 1.—Si un esclavo, ó un hijo de familia hubiere perdido, al padre ó al dueño le compete reclamación. Asimismo, si un esclavo hubiere recibido dinero, se dará contra su señor la acción de peculio, no la noxal, porque se reclama por un negocio hecho. Pero no ha de ser obligado á pagar más de lo que por tal causa haya en el peculio.

§ 2.—En virtud de este Edicto, se ha de dar contra los padres y los patronos la reclamación útil de lo que se jugó á juego de azar.

## TITULO VI

## DE SI EL MEDIDOR HUBIERE DECLARADO UNA MEDIDA FALSA

1. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro XXIV.—El Pretor estableció una acción por el hecho contra el agrimensor, por quien no conviene que seamos engañados; porque nos importa que no seamos engañados en la declaración de la medida, si acaso hubiera contienda sobre límites, ó el comprador, ó el vendedor, quisiera saber con qué cabida se venda un campo. Y por esto estableció esta acción, porque no creyeron los antiguos, que respecto á tal persona hubiera locación y conducción, sino que más bien se hacia un trabajo como

(4) Taur.; comBibio, Fl., Br.

(5) in alea, (en lugar de familia), conjetura Br.

(6) et conductionem, omitelas Hal.

appellari; si autem ex locato conducto (1) fuerit actum, dicendum erit, nec tenere intentionem.

§ 1.—Haec actio dolum malum duntaxat exigit; visum est enim, satis abundeque coerceri mensorem, si dolum malus solus conveniatur (2) eius hominis, qui civiliter obligatus non est; proinde, si imperite versatus est, sibi imputare debet, qui eum adhibuit; sed et si negligenter, aequae mensur securus erit; lata culpa plane dolo comparabitur. Sed et si mercedem accepit, non omnem culpam eum praestare propter verba Edicti; utique enim scit Praetor, et mercede eos intervenire.

§ 2.—Is autem tenetur hac actione (3), qui renuntiavit; sed renuntiasse et eum accipere debemus, qui per alium renuntiavit,

2. PAULUS libro XXV. ad Edictum.—vel per literas.

§ 1.—Sed si ego tibi, quum esses mensor, mandaverim, ut mensuram agri ageres, et tu id Titio delegaveris, et ille dolo malo quid in ea re fecerit, tu teneberis, quia dolo malo versatus es, qui tali homini credidisti.

3. ULPIANUS libro XXIV. ad Edictum.—Si duobus mandavero, et ambo dolose fecerint, adversus singulos in solidum agi poterit; sed altero convento, si satisfecerit, in alterum actionem denegari oportebit.

§ 1.—Competit autem haec actio ei, cuius interfuit falsum modum renuntiatum non esse, hoc est vel emtori, vel venditori, cui renuntiatio obfuit.

§ 2.—Pomponius tamen scribit, si emtor plus dederit venditori propter renuntiationem, quia condicere potest, quod plus dedit, agi cum mensore non posse; nihil enim emtoris interesse, quum possit condicere, nisi solvendo venditor non fuit, tunc enim mensor tenebitur.

§ 3.—Sed si venditor maiorem modum tradiderit fraudatus a mensore, consequenter dicit Pomponius, non esse actionem adversus mensorem, quia est ex vendito actio adversus emtorem, nisi et hic emtor solvendo non sit.

§ 4.—Idem Pomponius scribit, si propter iudicium adhibitus mensor fraudaverit me in renuntiatione, teneri eum, si ob hoc de iudicio minus tuli. Plane si a iudice adhibitus (4) contra me renuntiaverit dolo malo, dubitat, an teneri mihi debeat; quod magis admittit.

§ 5.—Hanc actionem heredi similibusque personis dandam Pomponius scribit, sed in heredem similesque personas denegandam (5) ait.

§ 6.—Servi autem nomine magis noxale, quam

por beneficio, y que aquello que se da, se le daba para remunerarle, y que por esto se llamaba honorario; pero si se hubiere ejercitado la acción de locación ó conducción, se habrá de decir, que ni aun obliga la demanda.

§ 1.—Esta acción exige solamente dolo malo; porque pareció que se castigaba más que suficientemente al medidor, si tan sólo se demandara el dolo malo de un hombre, que no se obligó civilmente; por lo tanto, si procedió con impericia, debe imputárselo á sí mismo el que lo empleó; pero si con negligencia, también será igualmente irresponsable el medidor; la culpa lata se comparará efectivamente con el dolo. Pero si recibió salario, tampoco responde de toda culpa por las palabras del Edicto; porque el Pretor sabe ciertamente, que ellos intervienen también por un salario.

§ 2.—Pero se obliga por esta acción el que hizo la declaración; mas debemos entender que hizo la declaración, también el que declaró por medio de otro,

2. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXV.*—ó por escrito.

§ 1.—Pero si, siendo tú medidor, yo te hubiere mandado que midieras un campo, y tú esto lo encargares á Ticio, y él hubiere hecho en esta medición alguna cosa con dolo malo, tú quedarás obligado, porque procediste con dolo malo al confiar en semejante hombre.

3. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXIV.*—Si á dos se lo hubiere yo mandado, y ambos hubieren obrado con dolo, podrá ejercitarse la acción solidariamente contra cada uno; pero demandado uno, si pagare, corresponderá que se deniegue la acción contra el otro.

§ 1.—Mas esta acción compete á aquel á quien le importó que no se hubiese declarado una falsa medida, esto es, ó al comprador, ó á vendedor, á quien perjudicó la declaración.

§ 2.—Pero escribe Pomponio, que si por causa de la declaración el comprador hubiere pagado más al vendedor, como quiera que puede intentar la condición por lo que dió de más, no puede ejercitarse la acción contra el medidor; porque nada le importa al comprador, pudiendo intentar la condición, si el vendedor no fué insolvente, porque entonces estará obligado el medidor,

§ 3.—Pero si el vendedor hubiere entregado mayor medida engañado por el medidor, consiguientemente dice Pomponio, que no hay acción contra el medidor, porque hay la acción de venta contra el comprador, á no ser que también en este caso el comprador sea insolvente.

§ 4.—Escribe el mismo Pomponio, que si el medidor nombrado con motivo de un juicio me hubiere defraudado en su declaración, se obliga, si por esto obtuve menos en el juicio. Pero si nombrado por el juez hubiere declarado con dolo malo contra mí, duda si deberá quedarme obligado; lo que admite preferentemente.

§ 5.—Escribe Pomponio, que esta acción se ha de dar al heredero y á otras personas semejantes, pero dice que ha de denegarse contra el heredero y otras semejantes personas.

§ 6.—Pero dice, que en nombre de un esclavo

(1) conducto, omitela Hal.

(2) puniatur, Vulg.

(3) ratione, Hal.

(4) mensor, inserta la Vulg.

(5) scribit—denegandam, omitelas Hal.

de peculio competere ait, quamvis civilis actio de peculio competat.

4. PAULUS libro XXV. ad Edictum. — Haec actio perpetua est, quia initium rei non a circumscriptione (1), sed a suscepto negotio originem accepit.

5. ULPIANUS libro XXIV. (2) ad Edictum. — Si mentor non falsum modum renuntiaverit, sed traxerit renuntiationem, et ob hoc evenerit, ut venditor laederetur (3), qui assignaturum se modum intra certum diem promisit, haec actio locum non habet; sed nec dari utilem debere, Pomponius ait; erit ergo ad actionem de dolo decurrendum.

§ 1.—Si, quum falsus modus renuntiatus esset, emptor cum venditore ex emto egisset, agere poterit etiam cum mensore; sed si nihil eius interest, condemnari mensorem non oportet. Quodsi non de toto modo, qui deerat, cum venditore egerit, sed de minore, consequenter scribit Pomponius, de residuo cum mensore agi posse.

§ 2.—Hoc iudicium latius Praetor porrexit; nam et si cuius (4) alterius rei mensuram falsam renuntiavisse dicitur, haec actio competit. Proinde, si in aedificii mensura fefellit, vel in frummenti, vel in vini,

6. PAULUS libro XXIV. (5) ad Edictum. — sive de itineris latitudine, sive de servitute immitendi proiciendique quaeratur, sive aream, vel tignum, vel lapidem metiendo mentitus fuerit,

7. ULPIANUS libro XXIV. ad Edictum. — vel cuius (6) alterius rei, tenebitur.

§ 1.—Et si mentor machinarius fefellerit, haec actio dabitur.

§ 2.—Nec non illud quoque Pomponius dicit, etiam in eum, qui mentor non fuit, fefellit tamen in modo, competere hanc actionem.

§ 3.—Hoc exemplo etiam adversus architectum actio dari debet, qui fefellit; nam et Divus Severus adversus architectum et redemptorem actiones dandas decrevit.

§ 4.—Ego etiam adversus tabularium puto actiones dandas, qui in computatione fefellit.

## TIT. VII

## DE RELIGIOSIS, ET SUMTIBUS FUNERUM, ET UT FUNUS DUCERE LICEAT (7)

[Cf. Cod. III. 44.]

1. ULPIANUS libro X. ad Edictum. — Qui propter funus aliquid impendit, cum defuncto contrahere creditur, non cum herede.

2. IDEM libro XXV. ad Edictum. — Locum, in quo servus sepultus est, religiosum esse Ariston ait.

(1) ad circumscriptionem, Hal.

(2) XXV., Hal.

(3) Los códices en Br. y las Bas. (βλάφη); liberetur, Fl.

compete más bien la acción noxal que la de peculio, aunque compete la acción civil de peculio.

4. PAULO; Comentarios al Edicto, libro XXV. — Esta acción es perpétua, porque el principio de la cosa tomó su origen no de la medición, sino de la aceptación del encargo.

5. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro XXIV. — Si el medidor no hubiere declarado una falsa medida, sino diferido su declaración, y por esto aconteciere que fuese perjudicado el vendedor, que prometió que dentro de cierto día daría él la medida, no tiene lugar esta acción; pero dice Pomponio, que ni aun la útil debe darse; luego habrá de recurrirse á la acción de dolo.

§ 1.—Si cuando se hubiese declarado una falsa medida, el comprador hubiese intentado contra el vendedor la acción de compra, podrá reclamar también contra el medidor; pero si nada le importa, no debe condenarse al medidor. Mas si no hubiere reclamado al vendedor por toda la medida que faltaba, sino por otra menor, consiguientemente escribe Pomponio, que puede reclamarse contra el medidor por la restante.

§ 2.—El Pretor extendió á más esta acción; porque si se dijere que se habia declarado una falsa medida de otra cosa cualquiera, también compete esta acción. Por lo tanto, si engañó en la medición de un edificio, ó en la de trigo, ó en la de vino,

6. PAULO; Comentarios al Edicto, libro XXIV. — ya se discuta sobre la anchura de un paso, ya sobre la servidumbre de empotrar una viga, ó sobre la de voladizo, ya hubiere mentido al medir un área, ó una viga, ó una piedra,

7. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro XXIV. — ó en la medición de otra cualquier cosa, quedará obligado.

§ 1.—Y si el medidor de máquinas hubiere engañado, se dará esta acción.

§ 2.—Además dice también Pomponio, que compete esta acción asimismo contra el que no fué medidor, pero engañó en la medida.

§ 3.—A semejanza de esto, debe darse la acción también contra el arquitecto, que engañó; porque también el Divino Severo decretó que debían darse acciones contra el arquitecto y el contratista.

§ 4.—Yo opino, que deben darse acciones también contra el contador, que engañó en la cuenta.

## TÍTULO VII

## DE LOS LUGARES RELIGIOSOS, Y DE LOS GASTOS DE FUNERALES, Y DE QUE SEA LÍCITO LLEVAR Á ENTERRAR

[Véase Cód. III. 44.]

1. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro X. — El que por razón de un funeral hizo algún gasto, créese que contrata con el difunto, no con el heredero.

2. EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro XXV. — Dice Ariston, que es religioso el lugar en que fué sepultado un esclavo.

(4) cuiusvis, Hal.

(5) XXV., Hal.

(6) Véase la nota 4.

(7) ET UT—LICEAT, omitelas la Vulg.

§ 1.—Qui mortuum in locum alienum intulit vel (1) inferre curavit, tenebitur in factum actione. «In locum alterius» accipere debemus, sive in agro, sive in aedificio. Sed hic sermo domino dat actionem, non bonae fidei possessori; nam quum dicat «in locum alterius», apparet de domino eum sentire, id est eo, cuius locus est. Sed et fructuarius inferendo tenebitur domino proprietatis. An et socius teneatur, si ignorante socio intulerit, tractari potest; est tamen verius, familiae eriscundae, vel communi dividundo conveniri eum posse.

§ 2.—Praetor ait: SIVE (2) HOMO MORTUUS, OSSAVE HOMINIS MORTUI IN LOCUM PURUM ALTERIUS, AUT IN ID (3) SEPULCHRUM, IN QUO IUS NON FUERIT, ILLATA ESSE DICENTUR, QUI ROC FECIT, IN FACTUM ACTIONE TENETUR (4), ET POENA PECUNIARIA (5) SUBIICIETUR.

§ 3.—De ea autem illatione Praetor sensit, quae sepulturae causa fit.

§ 4.—«Purus» autem locus dicitur, qui neque sacer, neque sanctus est, neque religiosus, sed ab omnibus huiusmodi nominibus vacare videtur.

§ 5.—«Sepulcrum» est, ubi corpus ossave hominis condita sunt. Celsus autem ait, non totus, qui sepulturae destinatus est, locus religiosus sit, sed quatenus corpus humatum est.

§ 6.—Monumentum est, quod memoriae servandae gratia exstat (6).

§ 7.—Si usumfructum quis habeat, religiosum locum non facit. Sed et si alius proprietatem, alius usumfructum habuit, non faciet locum religiosum nec proprietarius, nisi forte ipsum, qui usumfructum legaverit, intulerit, quum in alium locum inferri tam opportune non posset; et ita Iulianus scribit. Alias autem invito fructuario locus religiosus non fiet, sed si consentiat fructuarius, magis est, ut locus religiosus fiat.

§ 8.—Locum, qui servit, nemo religiosum facit, nisi consentiat is, cui servitus deberetur. Sed si non minus commode per alium locum servitute uti potest, non videtur servitutis impediendae causa id fieri, et ideo religiosus fit; et sane habet hoc rationem.

§ 9.—Is, qui pignori dedit agrum, si in eum suorum (7) mortuum intulerit, religiosum eum facit, sed et si ipse inferatur, idem est, ceterum alii concedere non potest;

3. PAULUS libro XXVII. ad Edictum.—ex consensu tamen omnium utilius est dicere, religiosum posse fieri; idque Pomponius scribit.

4. ULPIANUS libro XXV. ad Edictum.—Scriptus heres, priusquam hereditatem adeat, patremfamilias mortuum inferendo locum facit religiosum. Nec quis putet, hoc ipso pro herede eum

§ 1.—El que sepultó un muerto en lugar ajeno, ó cuidó de enterrarlo, quedará obligado por la acción por el hecho. Por «en lugar ajeno» debemos entender, ya sea en un campo, ya en un edificio. Pero esta expresión da la acción al dueño, no al poseedor de buena fe; porque cuando dice «en lugar ajeno», aparece que se refiere al dueño, esto es, á aquel de quien es el lugar. Pero enterrando un cadáver, también el usufructuario se obligará al dueño de la propiedad. Puede discutirse si también quedará obligado el socio, si hubiere enterrado á alguien ignorándolo su consocio; pero es más cierto, que puede él ser demandado con la acción de partición de herencia, ó con la de división de cosa común.

§ 2.—Dice el Pretor: «Si se dijere que un hombre muerto, ó los huesos de un hombre muerto fueron enterrados en un lugar puro, de otro, ó en aquel sepulcro sobre el que no hubiere tenido derecho, el que hizo esto se obliga por la acción por el hecho, y quedará sujeto á una pena pecuniaria».

§ 3.—Mas el Pretor se refirió á aquella inhumación, que se hace para dar sepultura.

§ 4.—Pero dicese «puro» el lugar que no es sagrado, ni santo, ni religioso, sino que es considerado exento de todos los calificativos de esta naturaleza.

§ 5.—«Sepulcro» es el lugar en donde están depositados el cuerpo ó los huesos de un hombre. Pero dice Celso, que no todo el lugar, que fué destinado á sepultura, es religioso, sino la parte en que fué inhumado el cuerpo.

§ 6.—Es monumento, lo que existe para conservar una memoria.

§ 7.—Si alguno tuviera el usufructo, no hace religioso el lugar. Pero si uno tuvo la propiedad, y otro el usufructo, ni aun el propietario hará religioso el lugar, á no ser acaso que hubiere enterrado en él al mismo que hubiere legado el usufructo, no pudiendo ser enterrado tan oportunamente en otro lugar; y así lo escribe Juliano. Mas de otro modo, no se hará religioso el lugar contra la voluntad del usufructuario, pero si lo consintiera el usufructuario, es más cierto, que se hace religioso el lugar.

§ 8.—Nadie hace religioso el lugar, que presta servidumbre, á no ser que lo consienta aquel á quien se debiese la servidumbre. Pero si no menos cómodamente puede usar de la servidumbre por otro lugar, no parece que se haga esto para impedir la servidumbre, y por lo tanto se hace religioso; y verdaderamente esto es conforme á razón.

§ 9.—El que dió en prenda un campo, si en él hubiere enterrado un muerto de los suyos, lo hace religioso, pero también es igual, si él mismo fuese enterrado; mas no puede concederlo á otro;

3. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXVII.*—pero es más conveniente decir que con el consentimiento de todos puede hacerse religioso; y así lo escribe Pomponio.

4. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXV.*—El heredero instituido, antes que ada la herencia, hace religioso un lugar enterrando en él al padre de familia fallecido. Y no se crea que él

(1) Br. considera vel añadida por antiguos copistas; pero no Taur.

(2) si, Vulg.

(3) id, omitela Hal.

(4) TENEBITUR, Hal.

(5) POENAE PECUNIARIAE, Hal.

(6) Según conjetura Br.; existat, Fl.

(7) suum, Hal. Vulg.

gerere; finge enim, adhuc eum deliberare de ad-  
eunda hereditate. Ego, etiamsi non heres eum in-  
tulerit, sed quisvis alius herede vel cessante, vel  
absente, vel verente (1), ne pro herede gerere vi-  
deatur, tamen locum religiosum facere puto; ple-  
rumque enim defuncti ante sepeliuntur, quam  
quis heres iis extet (2). Sed tunc locus fit religio-  
sus, quum defuncti fuit; naturaliter enim videtur  
ad mortuum pertinere locus, in quem inferitur,  
praesertim si in eum locum inferatur, in quem  
ipse destinavit; usque adeo, ut, etiamsi in lega-  
tum locum sit illatus ab herede, illatione tamen  
testatoris sit (3) religiosus, si modo in alium lo-  
cum tam opportune inferri non potuit.

5. GAIUS libro XIX. ad Edictum provinciale.  
—Familiaria sepulcra dicuntur, quae quis sibi  
familiaeque suae constituit; hereditaria autem,  
quae quis sibi heredibusque suis constituit,

6. ULPIANUS libro XXV. ad Edictum.—vel  
quod paterfamilias iure hereditario acquisivit.  
Sed in utroque heredibus quidem ceterisque suc-  
cessoribus, qualescunque fuerint, licet sepeli-  
ri (4) et mortuum inferre, etiamsi ex minima  
parte heredes ex testamento vel ab intestato sint,  
licet non consentiant alii. Liberis autem cuius-  
cunque sexus vel gradus, etiam filiisfamilias et  
emancipatis, idem ius concessum est, sive extite-  
rint heredes, sive sese abstineant. Exheredatis  
autem, nisi specialiter testator iusto odio commo-  
tus eos vetuerit, humanitatis gratia tantum sepe-  
liri, non etiam alios praeter suam posteritatem  
inferre licet. Liberti autem nec sepeliri, nec  
alios inferre poterunt, nisi heredes extiterint pa-  
trono, quamvis quidam inscripserint, monumen-  
tum sibi libertisque suis fecisse (5); et ita Papi-  
nianus (6) respondit, et saepissime idem consti-  
tutum est.

§ 1.—Si adhuc monumentum purum est, pote-  
rit quis hoc et vendere, et donare. Si cenotaphium  
sit (7), posse hoc venire, dicendum est; nec enim  
esse hoc religiosum, Divi Fratres rescripserunt.

7. GAIUS libro XIX. ad Edictum provinciale.  
—Is, qui intulit mortuum in alienum locum, aut  
tollere id, quod intulit, aut loci pretium praestare  
cogitur per in factum actionem, quae tam he-  
redi, quam in heredem competit, et perpetua est.

§ 1.—Adversus eum, qui in alterius arcam la-  
pideam, in qua adhuc mortuus non erat (8) con-  
ditus, mortuum intulerit, utilem actionem in fa-  
ctum Proconsul dat, quia non proprie vel in se-  
pulcrum, vel in locum alterius intulisse dici  
potest.

hace esto como siendo heredero; porque supón,  
que él aun delibera sobre adir la herencia. Yo  
opino, que aunque no lo hubiere enterrado el he-  
redero, sino otro cualquiera, ó por no hacerlo el  
heredero, ó por estar ausente, ó por temer que  
no parezca que obraba como heredero, hace, no  
obstante, religioso el lugar; porque las más de las  
veces son enterrados los difuntos antes que al-  
guien sea su heredero. Pero entonces se hace re-  
ligioso el lugar, cuando fué del difunto; porque  
naturalmente parece que pertenece al difunto el  
lugar en que es enterrado, principalmente si fue-  
ra enterrado en aquel lugar que él mismo señaló;  
y esto de tal modo, que, aunque haya sido en-  
terrado por el heredero en un lugar legado, sea é-  
ste, sin embargo, religioso por la inhumación del  
testador, si es que no pudo ser enterrado tan opor-  
tunamente en otro lugar.

5. GAYO; Comentarlos al Edicto provincial, li-  
bro XIX.—Dicense sepulcros familiares, los que  
alguno dedicó para sí y para su familia; pero he-  
reditarios, los que alguno destinó para sí y sus  
herederos,

6. ULPIANO; Comentarlos al Edicto, libro XXV.  
—ó el que por derecho de herencia adquirió el pa-  
dre de familia. Pero en uno y otro es ciertamente  
licito á los herederos y á los demás sucesores,  
cualesquiera que fueren, ser enterrados, y en-  
terrar un muerto, aunque sean herederos de una  
mínima parte por testamento ó abintestato, y aun  
cuando no lo consientan los demás. Mas el mismo  
derecho está concedido á los descendientes de  
cualquier sexo ó grado, tanto siendo hijos de fa-  
milia, como emancipados, ya si fueren herederos,  
ya si se abstuvieran. Pero á los desheredados, á  
no ser que movido de justo odio se lo hubiere ve-  
dado especialmente el testador, les es lícito por  
razón de humanidad tan sólo ser enterrados, pero  
no también enterrar á otros, excepto su posteridad.  
Mas los libertos no podrán ni ser sepultados,  
ni enterrar á otros, si no fueren herederos del pa-  
trono, aunque algunos hubieren puesto en la ins-  
cripción, que hicieron aquel monumento para sí  
y para sus libertos; y así lo respondió Papiniano,  
y lo mismo se dispuso muchísimas veces.

§ 1.—Si todavía está puro el monumento, cual-  
quiera podrá tanto venderlo, como donarlo. Si  
fuera un cenotafio, se ha de decir, que puede ser  
vendido; porque los Divinos Hermanos respon-  
dieron por rescripto, que tampoco éste era lugar  
religioso.

7. GAYO; Comentarlos al Edicto provincial, li-  
bro XIX.—El que inhumó un muerto en lugar aje-  
no, es obligado ó á desenterrar al que enterró, ó  
á pagar el precio del lugar, por la acción que re-  
sulta del hecho, la cual compete tanto al herede-  
ro, como contra el heredero, y es perpétua.

§ 1.—Contra el que hubiere colocado un muerto  
en la urna de piedra de pertenencia ajena, en la  
que todavía no se habia depositado muerto algu-  
no, da el Procónsul la acción útil por el hecho,  
porque no puede decirse con propiedad que haya  
enterrado ó en un sepulcro, ó en un lugar de otro.

(1) vel absente, vel ignorante, vel vetante, ne, *Vulg.*

(2) *Los códices en Br.*; existet, *Fl.*

(3) *Según nuestra conjetura*; áit, *Taur.*

(4) sepelire, *Hal. Vulg.*

(5) *F. C.*, esto es, — sciendum curavit—(en lugar de fecisse),  
*otros en Hal.*

(6) Pomponius, *otros en Hal.*

(7) *Hal. Vulg.*; fit, *Fl.*

(8) *Vulg.*; erit, *Fl.*

8. **ULPIANUS libro XXV. ad Edictum.**—Ossa, quae ab alio illata sunt, vel corpus an liceat domino loci effodere vel eruere sine decreto Pontificum, seu iussu Principis, quaestionis est. Et ait Labeo, exspectandum vel permissum pontificale, seu iussionem Principis, alioquin iniuriarum fore actionem adversus eum, qui eiecit.

§ 1.—Si locus religiosus pro puro venisse dicitur, Praetor in factum actionem in eum dat ei, ad quem ea res pertinet; quae actio et in heredem competit, quum quasi ex emto actionem contineat.

§ 2.—Si in locum publicis usibus destinatum intulerit quis mortuum, Praetor in eum iudicium dat, si dolo fecerit, et erit extra ordinem plectendus, modica tamen coërcitione; sed si sine dolo, absolvendus est.

§ 3.—In hac autem actione loci puri appellatio et ad aedificium producenda est.

§ 4.—Nec solum domino haec actio competit, verum ei quoque, qui eiusdem loci habet usumfructum, vel aliquam servitutem, quia ius prohibendi etiam hi habent.

§ 5.—Ei, qui prohibitus est inferre in eum locum, quo ei ius inferendi esset, in factum actio competit et interdictum (1), etiamsi non ipse prohibitus sit, sed procurator eius, quia intellectu aliquo ipse prohibitus videtur.

9. **GAIUS libro XIX. ad Edictum provinciale.**—Liberum est ei, qui prohibetur, mortuum ossave mortui (2) inferre, aut statim interdicto uti, quo prohibetur ei vis fieri, aut alio inferre, et postea in factum agere; per quam consequitur actor, quanti eius interfuerit, prohibitum non esse; in quam computationem cadit loci emti pretium, aut conducti merces, item sui loci pretium, quem quis, nisi coactus (3), religiosum facturum non esset. Unde miror, quare constare videatur, neque heredi, neque in heredem dandam hanc actionem; nam, ut apparet, pecuniariae quantitatis ratio in eam deducitur; certe perpetuo ea inter ipsos competit.

10. **ULPIANUS libro XXV. ad Edictum.**—Si venditor fundi exceperit locum sepulchri ad hoc, ut ipse posterique eius illo inferrentur, si via uti prohibeatur, ut mortuum suum inferret, agere potest; videtur enim etiam hoc exceptum intermentem et vendentem, ut ei per fundum sepulturae causa ire liceret.

11. **PAULUS libro XXVII. ad Edictum.**—Quodsi locus monumenti hac lege venierit, ne in eum inferrentur, quos (4) ius est inferri, pactum qui-

8. **ULPIANO; Comentariorum al Edicto, libro XXV.**—Cuestionase, si sea licito al dueño del lugar desenterrar, ó echar fuera, sin decreto de los Pontifices, ó sin mandato del Principe, los huesos ó el cadáver, que por otro fueron enterrados. Y dice Labeon, que se ha esperar ó permiso pontifical, ó mandato del Principe, porque de otro modo habría la acción de injurias contra aquel que los desenterró.

§ 1.—Si se dijere que un lugar religioso fué vendido como puro, el Pretor da contra el vendedor la acción por el hecho á aquel á quien pertenece aquella cosa; cuya acción compete también contra el heredero, porque como que contiene la acción de compra.

§ 2.—Si alguno hubiere enterrado un muerto en lugar destinado á los usos públicos, el Pretor da acción contra él, si lo hubiere hecho con dolo, y deberá ser castigado arbitrariamente, pero con una pena moderada; mas si sin dolo, deberá ser absuelto.

§ 3.—Mas en esta acción la denominación de lugar puro se ha de extender también á un edificio.

§ 4.—Esta acción compete no solamente al dueño, sino también al que tiene el usufructo del mismo lugar, ó alguna servidumbre, porque también éstos tienen derecho para prohibirlo.

§ 5.—Á aquel á quien se le prohibió enterrar en un lugar, en el que tuviese derecho de enterrar, le competen la acción por el hecho y el interdicto, aunque no se le haya prohibido á él mismo, sino á su procurador, porque en cierto sentido parece que se le prohibió á él mismo.

9. **GAYO; Comentariorum al Edicto provincial, libro XIX.**—Aquel á quien se le prohibe enterrar un cadáver, ó los huesos de un muerto, tiene libertad ó para utilizar inmediatamente el interdicto, por el que se prohibe que se le haga fuerza, ó para enterrarlos en otra parte, y después ejercitar la acción por el hecho; por la cual consigue el actor cuanto le haya importado que no se le hubiera prohibido; en cuya computación se comprende el precio del lugar comprado, ó la pensión del tomado en arrendamiento, así como el precio del lugar propio, que alguien, si no hubiera sido obligado, no habría de haber hecho religioso. Por lo cual extraño, por qué parezca ser cierto que esta acción no se ha de dar ni al heredero, ni contra el heredero; porque, como se ve, en ella se deduce la cuenta de una cantidad de dinero; y ciertamente ella compete perpétuamente entre los mismos.

10. **ULPIANO; Comentariorum al Edicto, libro XXV.**—Si el vendedor de un fundo hubiere exceptuado el lugar de un sepulchro para esto, para que él y sus descendientes fuesen enterrados en él, si se le prohibiera usar de un camino para llevar á enterrar un difunto suyo, puede reclamar; porque se entiende que entre el comprador y el vendedor se exceptuó también esto, que á éste le fuera licito pasar por el fundo con motivo de la sepultura.

11. **PAULO; Comentariorum al Edicto, libro XXVII.**—Pero si el lugar del monumento hubiere sido vendido con esta condición, que en él no fuesen

(1) interdum, Hal.

(2) ossave mortui, omitelas Hal.

(3) Hal.; est, inserta Fl.

(4) ibi, insertan los códigos en Br.; ne in eum inferatur, quo sibi ius est, Vulg.

dem ad hoc non sufficit, sed stipulatione id caveri oportet.

12. ULPIANUS *libro XXV. ad Edictum.*—Si quis sepulcrum habeat, viam autem ad sepulcrum non habeat, et a vicino ire prohibeatur, Imperator Antoninus cum patre rescripsit, iter ad sepulcrum peti precario et concedi solere, ut, quoties non debetur, impetretur ab eo, qui fundum adiunctum habeat. Non tamen hoc rescriptum, quod impetrandi dat facultatem, etiam actionem civilem inducit, sed extra ordinem interpelletur. Praeses etiam compellere debet, iusto pretio iter ei praestari, ita tamen, ut iudex, etiam de opportunitate loci prospiciat, ne vicinus magnum patiatur detrimentum.

§ 1.—Senatusconsulto cavetur, ne usus sepulcrorum permutationibus polluat, id est, ne sepulcrum alienae (1) conversationis usum accipiat.

§ 2.—Praetor ait: QUOD (2) FUNERIS CAUSA SUMPTUS FACTUS (3) ERIT, EIUS RECIPERANDI NOMINE IN EUM, AD QUEM EA RES PERTINET, IUDICIUM DABO.

§ 3.—Hoc Edictum iusta ex causa propositum est, ut qui funeravit, persequatur id, quod impendit; sic enim fieri, ne insepulta corpora iacerent, neve quis de alieno funeretur.

§ 4.—Funus autem eum facere oportet, quem decedens elegit; sed si non ille fecit, nullam esse huius rei poenam, nisi aliquid pro hoc emolumentum ei relictum est; tunc enim, si non paruerit voluntati defuncti, ab hoc repellitur. Sin autem de hac re defunctus non cavit, nec ulli delegatum id munus est, scriptos heredes ea res contingit; si nemo scriptus est, legitimos, vel cognatos, quosque suo ordine, quo succedunt.

§ 5.—Sumtus funeris arbitrantur pro facultatibus, vel dignitate defuncti.

§ 6.—Praetor, vel Magistratus municipalis ad funus sumtus decernere debet, si quidem est pecunia in hereditate, ex pecunia; si non est, distrahere debet ea, quae tempore peritura sunt, quorum retentio onerat hereditatem; si minus, si quid auri argentique fuerit, distrahi, aut pignori iubebit, ut pecunia expediatur,

13. GAIUS *libro XIX. ad Edictum provinciale.*—vel a debitoribus, si facile exigi possit.

14. ULPIANUS *libro XXV. ad Edictum.*—Et si quis impediat eum, qui emit, quominus ei res tradantur, Praetorem intervenire oportere, tuerique huiusmodi factum, si quid impediat, quominus ei res venditae tradantur.

§ 1.—Si colonus vel inquilinus sit is, qui mortuus est, nec sit, unde funeretur, ex invectis illatis eum funerandum Pomponius scribit; et si quid

enterrados los que tienen derecho de ser enterrados, no basta ciertamente para esto el pacto, sino que es necesario que esto se asegure con estipulación.

12. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXV.*—Si alguno tuviera un sepulcro, pero no tuviera camino para el sepulcro, y por el vecino se le prohibiera pasar, contestó por rescripto el Emperador Antonino con su padre, que solía pedirse en precario y concederse el paso para el sepulcro, de suerte que, cuando no se debe, se impetres del que tenga el fundo contiguo. Mas este rescripto, que da la facultad de impetrarlo, no implica también acción civil, sino que se reclamará fuera de lo ordinario. El Presidente también debe compeler á que por su justo precio se le conceda á aquel el paso, pero de suerte que el juez atienda también á la oportunidad del lugar, para que el vecino no sufra grande perjuicio.

§ 1.—Dispónese en un Senadoconsulto, que no se profane con permutas el uso de los sepulcros, esto es, que no se destine un sepulcro al uso de impropia negociación.

§ 2.—Dice el Pretor: «Para recuperar el gasto que con motivo de un funeral se hubiere hecho, »daré acción contra aquel á quien este asunto »pertenece».

§ 3.—Este Edicto se publicó con justa causa, para que el que hizo los funerales reclame lo que gastó; porque así se consigue, que los cadáveres no yazcan insepultos, y que nadie sea enterrado á costa de otro.

§ 4.—Mas conviene que el funeral lo haga aquel á quien eligió el moribundo; pero que si él no lo hizo, no haya pena alguna por este motivo, si por esto no se le dejó algún emolumento; porque entonces, si no hubiere obedecido la voluntad del difunto, será por ello repelido. Pero si el difunto no dispuso nada sobre este particular, ni á nadie se le encomendó este encargo, corresponde este asunto á los herederos instituidos; y si nadie fué instituido, á los legitimos, ó á los cognados, á cada uno según el orden en que suceden.

§ 5.—Los gastos del funeral se regulan según las facultades, ó la dignidad del difunto.

§ 6.—El Pretor, ó el Magistrado municipal debe disponer que para el funeral se gaste del dinero, si realmente hay dinero en la herencia; si no lo hay, debe vender aquellas cosas que han de perecer con el tiempo, y cuya conservación grava á la herencia; y si tampoco, si hubiere algún objeto de oro ó de plata, mandará que se venda, ó se empeñe, para que se obtenga dinero,

13. GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro XIX.*—ó de los deudores, si facilmente se les pudiera exigir.

14. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXV.*—También si alguno impidiera que al que compró se le entreguen las cosas, conviene que intervenga el Pretor, y que ampare lo hecho de este modo, si algo impidiera que se le entreguen las cosas vendidas.

§ 1.—Si fuera un colono, ó inquilino el que murió, y no hubiera con qué enterrarlo, escribe Pomponio, que se le ha de enterrar con los objetos por

(1) *Hal.*; aliae, *Fl.*; alterius, *Vulg.*

(2) QUI—FACTUS ERIT, *Vulg.*

(3) FACTUM, *Hal.*

superfluum remanserit, hoc pro debita pensione teneri. Sed et si res legatae sint a testatore, de cuius funere agitur, nec sit, unde funeretur, ad eas quoque manum mittere (1) oportet; satius (2) est enim, de suo testatorem funerari, quam aliquos legata consequi. Sed si adita fuerit postea hereditas, res emtori auferenda non est, quia bonae fidei possessor est, et dominium habet, qui auctore iudice comparavit. Legatarium tamen legato carere non oportet, si potest indemnitas ab herede praestari; quod si non potest, melius est, legatarium non lucrari, quam emtorem damno affici.

§ 2.—Si cui funeris sui curam testator mandaverit, et ille accepta pecunia funus non duxerit, de dolo actionem in eum dandam Mela scripsit; credo tamen, et extra ordinem eum a Praetore compellendum funus ducere.

§ 3.—Funeris causa sumtus factus videtur is demum, qui ideo fit (3), ut funus ducatur, sine quo funus duci non possit, utputa si quid impensum est in delationem (4) mortui. Sed et si quid in locum fuerit erogatum, in quem mortuus inferretur (5), funeris causa videri impensum Labeo scribit, quia necessario locus paratur, in quo corpus conditur.

§ 4.—Impensa peregre mortui, quae facta est, ut corpus perferretur, funeris est, licet nondum homo funeretur. Idemque, et si quid ad corpus custodiendum, vel etiam commendandum factum sit, vel si quid in marmor, vel vestem collocandam.

§ 5.—Non autem oportet ornamenta cum corporibus condi, nec quid aliud huiusmodi, quod homines simpliciores faciunt.

§ 6.—Haec actio, quae funeraria dicitur, ex bono et aequo oritur; continet autem funeris causa tantum impensam, non etiam ceterorum sumtum. Aequum autem accipitur ex dignitate eius, qui funeratus est, ex causa, ex tempore, et ex bona fide, ut neque plus imputetur sumtus nomine, quam factum est, neque tantum, quantum factum est, si immodice factum est; debet (6) enim haberi ratio facultatum eius, in quem factum est, et ipsius rei, quae ultra modum sine causa consumitur. Quid ergo, si ex voluntate testatoris impensum est? Sciendum est, nec voluntatem sequendam, si res egrediatur iustam sumtus rationem, pro modo autem facultatum sumtum fieri.

§ 7.—Sed interdum is, qui sumtum in funus fecit, sumtum non recipit, (7) si pietatis gratia fecit, non hoc animo, quasi recepturus sumtum, quem fecit; et ita Imperator noster rescripsit. Igitur aestimandum erit arbitro et perpendendum, quo animo sumtus factus sit, utrum negotium quis vel defuncti, vel heredis gerat (8), vel

él introducidos ó llevados; y que, si quedare algún sobrante, queda éste obligado por la pensión adeudada. Pero también si por el testador, de cuyo entierro se trata, hubieran sido legadas sus cosas, y no hubiera con qué enterrarlo, debe echarse mano aun de aquellas; porque es preferible que el testador sea enterrado de lo suyo, que no que los extraños perciban los legados. Pero si la herencia hubiere sido adida después, no se le ha de quitar la cosa al comprador, porque es poseedor de buena fe, y tiene el dominio el que compró con la autoridad del juez. Mas no debe el legatario carecer de su legado, si puede ser indemnizado por el heredero; pero si no puede, es mejor que el legatario no obtenga lucro, que no que el comprador quede perjudicado.

§ 2.—Si el testador hubiere encomendado á alguno el cuidado de su entierro, y aquél, habiendo recibido el dinero, no le hubiere hecho el entierro, escribió Mela, que se ha de dar contra él la acción de dolo; pero yo creo, que también extraordinariamente ha de ser compelido por el Pretor á hacer el entierro.

§ 3.—Se reputa gasto hecho por causa del entierro, solamente el que se hizo para llevar á enterrar, sin el cual no pueda verificarse el entierro, por ejemplo, si se gastó alguna cosa en la conducción del cadáver. Pero si se hubiere gastado algo en el lugar en que se enterrase el muerto, escribe Labeo, que también se considera gastado por causa del entierro, porque por necesidad se prepara el lugar en que se deposita el cadáver.

§ 4.—Los gastos que respecto del que falleció de viaje se hicieron para transportar el cadáver, son gastos de entierro, aunque todavía no se entierre el cadáver. Y lo mismo es también si se hubiera hecho algún gasto para custodiar el cadáver, ó aun para depositario, ó si se gastó algo para poner el mármol ó el vestido.

§ 5.—Mas no se deben enterrar con los cadáveres los ornamentos, ni alguna otra cosa semejante, como hacen los hombres más cándidos.

§ 6.—Esta acción, que se llama funeraria, nace de lo bueno y equitativo; pero comprende solamente los gastos hechos por causa del entierro, no también los demás gastos. Mas entiéndese lo de equitativo con arreglo á la dignidad del que fué enterrado, á las circunstancias, al tiempo y á la buena fe, de suerte que ni se compute por razón de gastos más de lo que se hizo, ni tanto como se hizo, si se gastó immoderadamente; porque debe tenerse cuenta de las facultades de aquel en quien se gastó, y de la cosa misma que desmedidamente se consume sin causa. ¿Qué se dirá, por lo tanto, si se hizo el gasto por voluntad del testador? Ha de saberse que tampoco se ha de cumplir su voluntad, si la cosa excediera de una justa medida de gastos, sino que los gastos se hacen con arreglo á las facultades.

§ 7.—Pero á veces el que hizo los gastos de un funeral, no recobra tales gastos, si los hizo por causa de piedad, no con el ánimo de haber de recobrar el gasto que hizo; y así lo respondió por rescripto nuestro Emperador. Por consiguiente, se habrá de estimar y de examinar por un árbitro con qué ánimo se haya hecho el gasto, si siendo

(1) *Taur.*; manus mittere, según antigua corrección del código *Fl.*, *Br.*

(2) *Taur.* según corrección del código *Fl.*, *Br.*; satia, según la escritura original; sauctius, la *Vulg.*

(3) *Hal.*; fuit, *Fl.*

(4) *elationem*, al margen interior del código *Fl.*

(5) *Hal.*; inferetur, *Fl.*

(6) *Hal. Vulg.*; deberet, *Fl.*

(7) *veluti*, inserta *Hal.*

(8) *Hal.*; gerit, *Fl.*

ipsius humanitatis, an vero misericordiae vel pietati tribuens, vel affectioni. Potest tamen distinguí et misericordiae modus (1), ut in hoc fuerit misericors vel pius, qui funeravit, ut eum sepeliret, ne insepultus iaceret, non etiam, ut suo sumtu fecerit; quod si iudici liqueat, non debet eum, qui convenitur, absolvere; quis enim sine pietatis intentione alienum cadaver funerat? Oportebit igitur testari quem, quo animo funerat, ne postea patiatur quaestionem.

§ 8.—Plerique filii, quum parentes suos funerant, vel alii, qui heredes fieri possunt, licet ex hoc ipso neque pro herede geritio (2), neque aditio praesumitur, tamen, ne vel miscuisse (3) necessarii, vel ceteri pro herede gessisse videantur, solent testari, pietatis gratia facere se sepulturam. Quid (4) si supervacuo fuerit factum? Ad illud se munire videntur, ne miscuisse se credantur, ad illud non, ut sumtum consequantur, quippe protestantur, pietatis gratia id se facere; plenius igitur eos testari oportet, ut et sumtum possint servare.

§ 9.—Fortassis quis possit dicere, interdum partem sumtus facti posse recuperari, ut quis pro parte quasi negotium gerens, pro parte pietatis gratia id faciat; quod est verius. Partem igitur sumtus consequetur, quem non donandi animo fecit.

§ 10.—Iudicem, qui de ea aequitate cognoscit, interdum sumtum omnino non debere admittere modicum factum, si forte in contumeliam defuncti hominis locupletis modicus factus sit; nam non debet huius rationem habere, quum contumeliam defuncto fecisse videatur ita eum funerando.

§ 11.—Si quis, dum se heredem putat, patrem familias funeraverit, funeraria actione uti non poterit, quia non hoc animo fecit, quasi alienum negotium gerens; et ita Trebatius et Proculus putat; puto tamen et ei ex causa dandam actionem funerariam.

§ 12.—Labeo ait, quoties quis aliam actionem habet de funeris impensa consequenda, funeraria eum agere non posse; et ideo, si familiae eriscundae agere possit, funeraria non acturum, plane si iam familiae eriscundae iudicio actum sit, posse agi.

§ 13.—Idem Labeo ait, si prohibente herede funeraveris testatorem, ex causa competere tibi funerariam; quid enim, si filium testatoris heres eius prohibuit? Huic contradicere potest: ergo pietatis gratia funerasti; sed pone me testatum, habiturum me funerariam actionem; de suo enim expedit mortuos funerari, (5) et quid, si testator quidem funus mihi mandavit, heres prohibet, ego tamen nihilominus funeravi? Nonne aequum est, mihi funerariam (6) competere? Et generaliter

acaso alguien gestor de un negocio ó del difunto, ó del heredero, ó de su propia humanidad, ó si rindiendo tributo á la misericordia, á la piedad, ó á la afección. Mas puede distinguirse también el modo de la misericordia, de suerte que el que lo enterró haya sido misericordioso, ó piadoso en esto, en enterrarlo para que no yaciase insepulto, no también para haberlo enterrado á su costa; porque si esto constara al juez, no debe absolver al que es demandado; porque ¿quién entierra el cadáver de un extraño sin intención piadosa? Será, pues, conveniente que uno atestigüe con qué ánimo hace el entierro, para que después no tenga cuestiones.

§ 8.—Los más de los hijos, cuando entierran á sus padres, ú otros que pueden llegar á ser herederos, aunque por esto mismo no se presume ni su gestión, ni su adición como herederos, sin embargo, para que no parezca ó que se inmiscuyeron los necesarios, ó que los demás obraron como herederos, suelen atestiguar que ellos dan sepultura por causa de piedad. Mas ¿qué, si esto se hubiere hecho supérfluamente? Se entiende que se previenen para esto, para que no se crea que se inmiscuyeron en la herencia, no para recobrar el gasto, puesto que protestan que hicieron aquello por causa de piedad; convicne, pues, que atestigüen más plenamente, para que también puedan recobrar lo gastado.

§ 9.—Acaso pueda decir alguien, que á veces puede recuperarse parte del gasto hecho, como si alguno obrara en parte cual gestor de un negocio, y en parte por razón de piedad; lo que es más cierto. Así, pues, recuperará la parte del gasto que hizo no con ánimo de donarla.

§ 10.—El juez que conoce de esta equidad, no debe á veces admitir en manera alguna un módico gasto hecho, si acaso este módico gasto se haya hecho en afrenta de un hombre rico fallecido; porque no debe tener cuenta de él, cuando parezca que hizo afrenta al difunto enterrándolo de tal manera.

§ 11.—Si alguno, juzgándose heredero, hubiere enterrado á un padre de familia, no podrá usar de la acción funeraria, porque no lo hizo con la intención como de ser gestor de negocio ajeno; y así opinan Trebacio y Próculo; pero yo creo que también á éste se le ha de dar con causa la acción funeraria.

§ 12.—Dice Labeon, que cuando alguno tiene otra acción para conseguir los gastos de funeral, no puede ejercitar la funeraria; y por lo tanto, que si pudiera ejercitar la acción de partición de herencia, no intentará la funeraria, pero que si ya se hubiera ejercitado la acción de partición de herencia, puede intentarse aquélla.

§ 13.—Dice el mismo Labeon, que si prohibiéndolo el heredero hubieres enterrado al testador, te compete con causa la acción funeraria; pero ¿qué, si al hijo del testador se lo prohibió su heredero? A éste se le puede replicar: luego lo enterraste por causa de piedad; pero supón que yo atestigüé mi intención, y habré de tener la acción funeraria; porque conviene que se entierre á los muertos con lo suyo. ¿Y qué, si ciertamente el testador me encomendó el entierro, el heredero

(1) motus, Hal. Vulg.

(2) gestio, Hal.

(3) Taur.; se, inserta Fl. según reciente corrección, Br.

(4) Taur.; quod, Fl. según reciente corrección, Br.

(5) Después de funerari ponen punto otras ediciones, como

parece requerirlo el sentido. Hemos respetado el texto, pero hecho la traducción como si existiera el punto después de funerari, y comenzara otra cláusula en las palabras et quid.—N. del Tr.

(6) vel negotiorum gestorum, inserta Hal.

puto, iudicem iustum non meram negotiorum gestororum actionem imitari, sed solutius (1) aequitatem sequi, quum hoc ei et actionis natura indulget.

§ 14.—Divus autem Marcus rescripsit, eum heredem, qui prohibet funerari ab eo, quem testator elegit, non recte facere, poenam tamen in eum statutam non esse.

§ 15.—Qui mandatu alterius funeravit, non habet funerariam actionem, sed is scilicet, qui mandavit funerandum, sive solvit ei, cui mandavit, sive debet. Quod si pupillus mandavit sine tutore auctore, utilem funerariam dandam adversus heredem ei, qui impendit; lucrari enim heredem iniquum est. Si autem pupillus funus ad se pertinens sine tutoris auctoritate mandavit, dandam in eum actionem arbitror, si et heres extitit ei, qui funeratus est, solvendoque hereditas est. Contra si quis mandatu heredis funeravit, non posse eum funeraria agere, Labeo scribit, quia habet mandati actionem.

§ 16.—Si tamen quasi negotium heredis gerens funeravit, licet ratum non habeat, tamen funeraria eum agere posse, Labeo scribit.

§ 17.—Datur autem haec actio adversus eos, ad quos funus pertinet, utputa adversus heredem bonorumve possessorem ceterosque successores.

15. POMPONIUS libro V. ad Sabinum.—Funeris impensam et patronus, qui bonorum possessionem petit contra tabulas, praestat.

16. ULPIANUS libro XXV. ad Edictum.—In eum, ad quem dotis nomine quid pervenerit, dat Praetor funerariam actionem; aequissimum enim visum est veteribus, mulieres quasi de patrimoniis suis, ita de dotibus funerari, et eum, qui morte mulieris dotem lucratur, in funus conferre debere, sive pater mulieris est, sive maritus;

17. PAPINIANUS libro III. (2) Responsorum.—sed si nondum pater dotem recuperaverit, vir solus convenietur reputaturus patri, quod eo nomine praestiterit;

18. IULIANUS libro X. Digestorum.—impensa enim funeris aes alienum dotis est,

19. ULPIANUS libro XV. ad Sabinum.—ideoque etiam dos sentire hoc aes alienum debet.

20. IDEM libro XXV. ad Edictum.—Neracius quaerit, si is, qui dotem dederat pro muliere, stipulatus est duas partes dotis reddi, tertiam apud maritum remanere, pactus sit, ne quid maritus in funus conferret, an funeraria maritus teneat

me lo prohíbe, y yo no obstante lo enterré? ¿Acaso no es equitativo, que me competa la acción funeraria? Y en general opino, que un juez justo no imita la mera acción de gestión de negocios, sino que atiende más desembarazadamente á la equidad, puesto que también se lo permite la naturaleza de la acción.

§ 14.—Mas el divino Marco contestó por rescripto, que aquel heredero que prohíbe que se haga el entierro por aquel á quien el testador eligió, no obra rectamente, pero que no había pena establecida contra él.

§ 15.—El que enterró por mandato de otro, no tiene la acción funeraria, sino ciertamente aquel que le encomendó que enterrase, ya si le pagó á aquel á quien se lo mandó, ya si se lo debe. Pero si lo mandó un pupilo, sin la autoridad de su tutor, se ha de dar contra el heredero la acción útil funeraria al que hizo los gastos; porque es injusto que se lucre el heredero. Mas si el pupilo encomendó, sin la autoridad del tutor, un entierro que á él propio le incumbía, opino que se ha de dar la acción contra él, si fué heredero del que fué enterrado, y la herencia es solvente. Por el contrario, si alguno enterró por mandato del heredero, escribe Labeon, que él no puede ejercitar la acción funeraria, porque tiene la acción de mandato.

§ 16.—Pero si enterró cual siendo gestor de negocio del heredero, escribe Labeon, que aunque no lo ratifique, puede, sin embargo, intentar la acción funeraria.

§ 17.—Mas se da esta acción contra aquellos á quienes incumbe el entierro, por ejemplo, contra el heredero, el poseedor de los bienes, y los demás sucesores.

15. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro V.*—También el patrono que pide la posesión de bienes contra el testamento, es responsable de los gastos de entierro.

16. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXV.*—Contra aquel á quien por razón de dote hubiere correspondido alguna cosa, da el Pretor la acción funeraria; porque pareció muy justo á los antiguos, que las mujeres, así como de sus patrimonios, se enterrasen de sus dotes, y que aquel que por la muerte de su mujer gana la dote, debe contribuir al entierro, ya si es el padre de la mujer, ya si el marido;

17. PAPINIANO; *Respuestas, libro III.*—pero si el padre aun no hubiere recuperado la dote, será demandado sólo el marido, debiendo ponerle en cuenta al padre lo que por tal concepto hubiere satisfecho;

18. JULIANO; *Digesto, libro X.*—porque los gastos de funeral son deudas de la dote,

19. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XV.*—y por esto, también la dote debe soportar esta deuda.

20. EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro XXV.*—Pregunta Neracio, si el que había dado la dote por la mujer, estipuló que se le devolviesen dos partes de la dote, y que la tercera quedase en poder del marido, y hubiera pactado que el marido

(1) sollicitius, *Vulg.*

(2) II, *Hal.*

tur? Et ait, si quidem ipse stipulator mulierem funeravit, locum esse pacto, et inutilem ei funerariam fore; si vero alius funeravit, posse eum maritum convenire, quia pacto hoc publicum ius infringi non possit. Quid tamen, si quis dotem hac lege dederit pro muliere, ut ad ipsum rediret, si in matrimonio mortua esset, aut quoquo modo soluto matrimonio, numquid hic in funus non conferat? Sed quum dos morte mulieris ad eum pervenerit, potest dici, conferre eum.

§ 1.—Si maritus lucratur dotem, convenietur funeraria, pater autem non. Sed (1) in hunc casum puto, si dos, quia permodica fuit, in funus non sufficit, in superfluum in patrem debere actionem dari.

§ 2.—Quum materfamilias decedit, nec est eius solvendo hereditas, funerari eam ex dote tantum oportet; et ita Celsus (2) scribit.

21. PAULUS libro XXVII. ad Edictum.—In patrem, cuius in potestate fuerit is, cuius funus factum erit, competit funeraria actio pro dignitate et facultatibus.

22. ULPIANUS libro XXV. ad Edictum.—Celsus scribit, quoties mulier decedit, ex dote, quae penes virum remanet, et ceteris mulieris bonis pro portione funeranda est;

23. PAULUS libro XXVII. ad Edictum.—veluti si in dotem centum sint, in hereditate ducenta, duas partes heres, unam vir conferet;

24. ULPIANUS libro XXV. ad Edictum.—Iulianus scribit, non deductis legatis,

25. PAULUS libro XXVII. ad Edictum.—nec pretiis manumissorum,

26. POMPONIUS libro XV. ad Sabinum.—nec aere alieno deducto;

27. ULPIANUS libro XXV. ad Edictum.—sic pro rata et maritum, et heredem conferre in funus oportet.

§ 1.—Maritus funeraria non convenietur, si mulieri in matrimonio dotem solverit, ut Marcellus scribit; quae sententia vera est, in his tamen casibus, in quibus hoc ei facere legibus permisum est.

§ 2.—Praeterea maritum puto funeraria in id demum teneri, quod facere potest; id enim lucrari videtur, quod praestaret mulieri, si conveniretur (3).

28. POMPONIUS libro XV. ad Sabinum.—Quodsi nulla dos esset, tunc omnem impensam patrem praestare debere, Atilicinus ait, aut heredes eius mulieris, puta emancipatae. Quodsi neque here-

no aportase cosa alguna para el entierro, ¿quedará obligado el marido por la acción funeraria? Y dice, que si ciertamente el mismo estipulante enterró á la mujer, tiene lugar el pacto, y le sería inútil la acción funeraria; pero que si otro la enterró, puede éste demandar al marido, porque con este pacto no podría infringirse el derecho público. Pero, ¿qué, si alguno hubiere dado la dote por la mujer con esta condición, que volviese á él mismo, si ella hubiese muerto en el matrimonio, ó disuelto de algún modo el matrimonio, acaso éste no contribuirá al entierro? Pero habiendo vuelto á él la dote por muerte de la mujer, puede decirse que contribuye.

§ 1.—Si el marido gana la dote, será demandado con la acción funeraria, mas no el padre. Pero en este caso opino, que si la dote no bastó para el entierro, porque fué muy exigua, debe darse por el resto acción contra el padre.

§ 2.—Cuando fallece una madre de familia, y su herencia no es solvente, corresponde que ella sea enterrada tan sólo con su dote; y así lo escribe Celso.

21. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXVII.*—Contra el padre, en cuya potestad hubiere estado aquel cuyo entierro se hubiere hecho, compete la acción funeraria con arreglo á su dignidad y facultades.

22. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXV.*—Escribe Celso, que siempre que fallece la mujer, ha de ser enterrada proporcionalmente con la dote, que queda en poder del marido, y con los demás bienes de la mujer;

23. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXVII.*—por ejemplo, si en la dote hubiese ciento, y en herencia doscientos, el heredero contribuirá con dos partes, y con una el marido.

24. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXV.*—Escribe Juliano, que sin haberse deducido los legados,

25. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXVII.*—ni los precios de los manumitidos,

26. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro XV.*—y sin deducirse las deudas;

27. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXV.*—conviene que así, á prorrata, contribuyan para el entierro el marido y el heredero.

§ 1.—El marido no será demandado con la acción funeraria, si durante el matrimonio hubiere pagado á la mujer la dote, según escribe Marcelo; cuya opinión es verdadera, pero en los casos en que por las leyes le es permitido hacer esto.

§ 2.—Además de esto, opino que el marido se obliga por la acción funeraria solamente á lo que puede hacer; porque se entiende que se luca en aquello que pagaría á la mujer, si fuera demandado.

28. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro XV.*—Pero si no hubiese dote alguna, dice Atilicino, que entonces debe sufragar todo el gasto el padre, ó los herederos de la mujer, si estaba eman-

(1) et, insertan Hal. Vulg.  
(2) Marcellus, otros en Hal.

(3) Taur. según corrección del código Fl.; convenietur, según la escritura original, Br.

des habeant (1), neque pater solvendo sit, maritum, in quantum facere potest, pro hoc conveniri, ne iniuria eius videretur, quondam uxorem eius insepultam relinqui.

**29. GAIUS libro XIX. ad Edictum provinciale.**—Si mulier post divortium alii nupta decesserit, non putat Fulcinius, priorem maritum, licet luci dotem faciat, funeris impensam praestare.

§ 1.—Is, qui filiamfamilias funeravit, antequam dos patri reddatur, cum marito recte agit; reddita dote patrem obligatum habet. Utique autem, si cum marito actum fuerit, is eo minus patri mulieris restitutus est.

**30. POMPONIUS libro XV. ad Sabinum.**—Contra quoque, quod pater in funus filiae (2) impendit, aut alio agente secum funeraticia (3) praestitit, ipse actione de dote a marito recipit.

§ 1.—Sed si emancipata in matrimonio decessat, collaturos heredes bonorumve possessores, et patrem pro portione dotis, quam recipit (4), et virum pro portione dotis, quam lucratus est.

**31. ULPIANUS libro XXV. ad Edictum.**—Si filiusfamilias miles sit, et habeat castrense peculium, puto, successores eius ante teneri, sic deinde ad patrem venire (5).

§ 1.—Qui servum alienum vel ancillam sepelevit, habet adversus dominum funerariam actionem.

§ 2.—Haec actio non est annua, sed perpetua, et heredi ceterisque successoribus, et in successores datur.

**32. PAULUS libro XXVII. ad Edictum.**—Si possessor hereditatis funus fecerit, deinde victus in restitutione non deduxerit, quod impenderit, utilem esse ei funerariam.

§ 1.—Si eodem momento temporis vir et uxor decesserit, Labeo ait, in heredem viri pro portione dotis dandam hanc actionem, quoniam id ipsum dotis nomine ad eum pervenit.

**33. ULPIANUS libro LXVIII. ad Edictum.**—Si quis fuit heres, deinde hereditas ablata sit ei quasi indigno, magis est, ut penes eum iura sepulcrorum remaneant.

**34. PAULUS libro LXIV. ad Edictum.**—Si locus sub conditione legatus sit, interim heres inferendo mortuum non facit locum religiosum.

**35. MARCELLUS libro V. Digestorum.**—Minime maiores lugendum putaverunt eum, qui ad patriam delendam, et parentes et liberos interf-

cipada. Mas que si ni tuvieran los herederos, ni el padre fuera solvente, el marido era demandado por cuanto puede hacer, para que no pareciera afrenta suya que quedase insepulta la que fué su mujer.

**29. GAYO; Comentarios al Edicto provincial, libro XIX.**—Si después de divorciada hubiere fallecido la mujer casada con otro, no cree Fulcino, que el primer marido, aunque se lucre con la dote, sufrague los gastos del entierro.

§ 1.—El que enterró a una hija de familia, debidamente ejercita la acción contra el marido, antes que se devuelva al padre la dote; pero devuelta la dote, tiene obligado al padre. Pero, a la verdad, si la acción se hubiere ejercitado contra el marido, éste ha de restituir aquello menos al padre de la mujer.

**30. POMONIO; Comentarios a Sabino, libro XV.**—Y también por el contrario, lo que el padre gastó en el entierro de su hija, ó lo que satisfizo a otro que contra él ejercitó la acción funeraria, lo recobra el mismo del marido por la acción de dote.

§ 1.—Pero si la emancipada falleciera durante el matrimonio, han de contribuir los herederos, ó los poseedores de los bienes, y el padre a proporción de la parte de dote que recobra, y el marido a prorrata de la porción de dote que ganó.

**31. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro XXV.**—Si el hijo de familia fuera militar, y tuviera peculio castrense, opino que en primer lugar se obligan sus sucesores, y que de este modo se procede después contra el padre.

§ 1.—El que enterró al esclavo ó a la esclava ajenos, tiene contra el dueño la acción funeraria.

§ 2.—Esta acción no es ánuua, sino perpétua, y se da al heredero y a los demás sucesores, y contra los sucesores.

**32. PAULO; Comentarios al Edicto, libro XXVII.**—Si el poseedor de la herencia hubiere hecho el funeral, y vencido después no hubiere deducido en la restitución lo que hubiere gastado, tiene la acción funeraria útil.

§ 1.—Si en un mismo momento de tiempo hubieren fallecido el marido y la mujer, dice Labeo, que se ha de dar esta acción contra el heredero del marido a proporción de la dote, porque esto mismo fué a su poder por razón de la dote.

**33. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro LXVIII.**—Si uno fué heredero, y después se le hubiera quitado la herencia como a indigno, es más cierto que queden en él los derechos de sepultura.

**34. PAULO; Comentarios al Edicto, libro LXIV.**—Si un lugar hubiera sido legado bajo condición, pendiente ésta, el heredero no hace religioso el lugar enterrando un cadáver.

**35. MARCELO; Digesto, libro V.**—Opinaron los antepasados, que de ninguna manera se debe hacer duelo por el que hubiere venido para destruir

(1) habeat, Hal. Vulg.

(2) Taur. según corrección del código Fl.; aliac, según la escritura original; familiae, según antigua corrección, Br.

(3) secum funeraria iam praestitit, Hal. Vulg.

(4) recuperant, (pro recipit), Hal.

(5) Hal.; venire, Fl.

ciendos venerit; quem, si filius patrem, aut pater filium occidisset, sine scelere etiam praemio afficiendum omnes constituerunt.

**36. POMPONIUS libro XXVI. ad Quintum Mucium.**—Quum loca capta sunt ab hostibus, omnia desinunt religiosa vel sacra esse, sicut homines liberi in servitute perveniunt. Quodsi ab hac calamitate fuerint liberata, quasi quodam postliminio reversa pristino statui restituntur.

**37. MACER (1) libro I. ad Legem vicesimam hereditatum.**—Funeris sumtus accipitur, quidquid corporis causa, veluti unguentorum, erogatum est; et pretium loci, in quo defunctus humatus est, et si qua vectigalia (2) sunt, vel sarcophagi, et vectura, et quidquid corporis causa, antequam sepeliatur, consumtum est, funeris impensam esse existimo.

§ 1.—Monumentum (3) autem sepulcri id esse, Divus Hadrianus rescripsit, quod monumenti, id est causa muniendi eius loci factum sit, in quo corpus impositum sit. Itaque si amplum quid aedificari testator iusserit, veluti in circum (4) porticationes, eos sumtus funeris causa non esse.

**38. ULPIANUS libro IX. de omnibus Tribunalibus.**—Ne corpora aut ossa mortuorum detinerentur, aut vexarentur, neve prohiberentur, quo minus via publica transferrentur, aut quo minus sepelirentur, Praesidis provinciae officium est.

**39. MARCIANUS libro III. Institutionum.**—Divi fratres Edicto admonuerunt, ne iustae sepulturae traditum, id est terra conditum corpus inquietetur. Videtur autem terra conditum, et si in arcula conditum hoc animo sit, ut non alibi transferatur. Sed arculam ipsam, si res exigat, in locum commodiorem licere transferre, non est denegandum.

**40. PAULUS libro III. Quaestionum.**—Si quis enim eo animo corpus intulerit, quod cogitaret inde alio postea transferre, magisque temporis gratia deponere, quam quod ibi sepeliret mortuum, et quasi aeternam sedem (5) dare destinaverit, manebit locus profanus.

**41. CALLISTRATUS libro II. (6) Institutionum.**—Si plures sint domini eius loci, ubi mortuus inferitur, omnes consentire debent, quum extranei inferantur; nam ex ipsis dominis quemlibet recte ibi sepeliri constat etiam sine ceterorum consensu, maxime quum alius non sit locus, in quo sepeliretur.

su patria, y para matar á sus ascendientes y descendientes; y todos determinaron, que si el hijo hubiese matado á semejante padre, ó el padre á semejante hijo, se le ha de considerar sin delito, y aun digno de premio.

**36. POMPONIO; Comentarios á Quinto Mucio, libro XXVI.**—Cuando los lugares son tomados por los enemigos, todos dejan de ser religiosos, ó sagrados, así como caen en servidumbre los hombres libres. Pero si se hubieren librado de esta calamidad, se restituyen á su primitivo estado, como habiendo vuelto por cierta especie de postliminio.

**37. MACER; Comentarios á la ley vigésima de las herencias, libro I.**—Entiéndese como gasto de entierro, todo lo que se gastó por causa del cadáver, por ejemplo, para los unguentos; también el precio del lugar en que fué inhumado el difunto, y otros tributos que haya, ó todo lo que se gastó por causa del sarcófago, y de la conducción, y del cadáver, antes que sea enterrado, opino que son gastos de entierro.

§ 1.—Mas el Divino Adriano contestó por rescripto, que era monumento de un sepulcro lo que se hubiera hecho por causa del monumento, esto es, para resguardar el lugar en que se haya depositado el cadáver. Y así, que si el testador hubiere dispuesto que se edifique alguna cosa suntuosa, por ejemplo, pórticos al rededor, estos no son gastos hechos por causa del entierro.

**38. ULPIANO; De todos los Tribunales, libro IX.**—Es atribución del Presidente de la provincia, que no se detenga á los cadáveres, ó á los huesos de los muertos, que no se les insulte, ó que no se impida que sean conducidos por la vía pública, ó que sean enterrados.

**39. MARCIANO; Instituta, libro III.**—Previnieron por Edicto los Divinos hermanos, que no se remueva el cadáver llevado á sepultura legítima, esto es, depositado en la tierra. Mas se considera depositado en la tierra, también si hubiera sido depositado en una caja con ánimo de no trasladarlo á otra parte. Pero si el caso lo exigiera, no se ha de denegar que sea lícito trasladar la misma caja á lugar más conveniente.

**40. PAULO; Cuestiones, libro III.**—Porque si alguno hubiere enterrado un cadáver con esta intención, porque pensase trasladarlo después de allí á otra parte, y más bien para depositarlo temporalmente, que para sepultar allí el cadáver, y cual si hubiere determinado darle mansión eterna, el lugar permanecerá siendo profano.

**41. CALISTRATO; Instituta, libro II.**—Si fueran muchos los dueños del lugar en donde se entierra un cadáver, todos deben consentir, cuando se entierran extraños; porque es sabido que cualquiera de los mismos dueños es con derecho enterrado allí, aun sin el consentimiento de los demás, mayormente cuando no haya otro lugar, en el que fuese sepultado.

(1) Marcellus, Vulg.  
(2) vestiaria, Hal. Vulg.  
(3) munimentum, Hal. Vulg.

(4) circuitum, al margen interior del código Fl.  
(5) Hal.; aeterna sede, Fl.  
(6) III., Hal.

**42. FLORENTINUS libro VII. Institutionum.**—Monumentum generaliter res est memoriae causa in posterum prodita; in qua si corpus vel reliquiae inferantur, fiet sepulcrum, si vero nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriae causa factum, quod Graeci *κενοτάφιον* [*inane sepulcrum*] appellant.

**43. PAPINIANUS libro VIII. (1) Quaestionum.**—Sunt personae, quae, quamquam religiosum locum facere non possunt, interdicto tamen de mortuo inferendo utiliter agunt, utputa dominus proprietatis, si in fundum, cuius fructus alienus est, mortuum inferat, aut inferre velit; nam si intulerit, non faciet iustum sepulcrum, sed si prohibeatur, utiliter interdicto, qui (2) de iure domini queritur (3), aget. Eademque sunt in socio, qui in fundum communem invito socio mortuum inferre vult; nam propter (4) publicam utilitatem, ne insepulta cadavera iacerent, strictam rationem insuper habemus, quae nonnunquam in ambiguis religionum quaestionibus omitti solet; nam summam esse rationem, quae pro religione (5) facit.

**44. PAULUS libro III. Quaestionum.**—Quum in diversis locis sepultum est, uterque quidem locus religiosus non fit, quia unus (6) sepultura plura sepulcra efficere non potest; mihi autem videtur, illum religiosum esse, ubi, quod est principale, conditum est, id est caput, cuius imago sit (7), unde cognoscimur.

§ 1.—Quum autem impetratur, ut reliquiae transferantur, desinit locus religiosus esse.

**45. MAECIANUS libro VIII. Fideicommissorum.**—Impensa funeris semper ex hereditate deducitur, quae etiam omne creditum solet praecedere, quum bona solvendo non sint.

**46. SCAEVOLA libro II. Quaestionum.**—Si plura praedia quis habuit, et omnium usumfructum separatim legaverit, poterit in unum inferri; et electio erit heredis, et gratificationi locus; sed fructuario utilem actionem in heredem dandam ad id recipiendum, quod propter eam electionem minutus est ususfructus.

§ 1.—Si heres mulieris inferat mortuam in hereditarium fundum, a marito, qui debet in funus conferre, pro aestimatione loci consequatur.

§ 2.—Ei, cui vestimenta legantur, si in funus erogata sint, utilem actionem in heredem dandam placuit, et privilegium funerarium.

## TIT. VIII

DE MORTUO INFERENDO ET SEPULCRO  
AEDIFICANDO

1. ULPIANUS libro LXVIII. ad Edictum. —

(1) IX., Hal.  
(2) quo, Hal. Vulg.  
(3) Vulg.; quaeritur, Fl.  
(4) praeter, Hal.

**42. FLORENTINO; Instituta, libro VII.**—En general, monumento es una cosa legada á la posteridad para memoria; la que, si en ella se enterrase un cadáver, ó restos humanos, se hará sepulcro, pero si nada de esto se pusiera en ella, será monumento hecho para memoria, al que los griegos llaman cenotafio (sepulcro vacio).

**43. PAPINIANO; Cuestiones, libro VIII.**—Hay personas que, aunque no pueden hacer religioso un lugar, intentan, sin embargo, útilmente el interdicto de enterrar un muerto, por ejemplo, el dueño de la propiedad, si en el fundo, cuyo usufructo es de otro, enterrase, ó quisiera enterrar un cadáver; porque si lo hubiere enterrado, no hará legitimo el sepulcro, pero si se le prohibiera, intentará útilmente el interdicto, el que se querella por el derecho de dominio. Y lo mismo es respecto al socio que, contra la voluntad de otro socio, quiere enterrar un cadáver en un fundo común; porque por causa de utilidad pública, para que los cadáveres no yazcan insepultos, prescindimos de la razón estricta, la cual suele á veces omitirse en las cuestiones ambiguas de las religiones; porque es razón suprema la que obra en pro de la religión.

**44. PAULO; Cuestiones, libro III.**—Cuando un cadáver fué enterrado en diversos lugares, ciertamente que uno y otro lugar no se hacen religiosos, porque la sepultura de uno solo no puede constituir muchos sepulcros; pero á mi me parece, que es religioso aquel en donde fué enterrada la parte principal, esto es, la cabeza, cuya imagen es por donde somos conocidos.

§ 1.—Mas cuando se impetra que se trasladen los restos, el lugar deja de ser religioso.

**45. MECIANO; Fideicomisos, libro VIII.**—Los gastos del entierro se deducen siempre de la herencia, los cuales también suelen ser preferentes á todos los créditos, cuando los bienes no basten para pagar.

**46. SCÉVOLA; Cuestiones, libro II.**—Si uno tuvo varios predios, y hubiere legado separadamente el usufructo de todos, podrá ser enterrado en uno solo; y la elección corresponderá al heredero, y habrá lugar á la gratificación; pero al usufructuario se le ha de dar la acción útil contra el heredero, para obtener aquello en que se disminuyó el usufructo por causa de tal elección.

§ 1.—Si el heredero de la mujer enterrase en un fundo de la herencia á la fallecida, obtenga del marido, que debe contribuir para el entierro, con arreglo á la estimación del lugar.

§ 2.—Á aquel á quien se legan los vestidos, si se hubieran consumido en el entierro, plugo que se le ha de dar contra el heredero la acción útil, y el privilegio funerario.

## TITULO VIII

DE ENTERRAR UN MUERTO Y DE CONSTRUIR UN  
SEPULCRO

1. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro

(5) religiosus, Hal.  
(6) Hal.; unus, según la escritura original; una, Taur. según corrección del código Fl., Br.  
(7) Vulg.; imago fit, inde cognoscimur, Fl.

Praetor ait: QUO QUAVE ILLI MORTUUM INFERRE INVITO TE (1) IUS EST, QUO MINUS ILLI EO EAVE MORTUUM INFERRE, ET IBI SEPULIRE LICEAT, VIM FIERI VETO.

§ 1.—Qui inferendi mortuum ius habet, non prohibetur inferre; prohiberi autem inferre videtur, sive in locum inferre prohibeatur, sive itinere arceatur.

§ 2.—Hoc interdicto de mortuo inferendo dominus proprietatis uti potest; quod etiam de loco puro competit.

§ 3.—Item si mihi in fundum via debeatur, in quem fundum inferre volo, et via prohibear, hoc interdicto posse me experiri, placuit, quia inferre prohibeor, qui via uti prohibeor; idque erit probandum, et si alia servitus debeatur.

§ 4.—Hoc interdictum prohibitorium esse, palam est.

§ 5.—Praetor ait: QUO ILLI IUS EST INVITO TE MORTUUM INFERRE, QUO MINUS ILLI IN EO LOCO SEPULCHRUM SINE DOLO MALO AEDIFICARE LICEAT, VIM FIERI VETO.

§ 6.—Interdictum hoc propterea propositum est, quia religionis interest, monumenta exstrui et exornari.

§ 7.—Facere sepulcrum sive monumentum in loco, in quo ei ius est, nemo prohibetur.

§ 8.—Aedificare videtur prohibere, et qui prohibet eam (2) materiam convehi, quae aedificio necessaria sit; proinde et, si operi necessarios prohibuit quis venire, interdictum locum habet; et si machinam alligare quis prohibeat, si tamen eo loci prohibeat, qui servitutem debeat. Ceterum si in meo solo velis machinam ponere, non tenebor interdicto, si iure te non patiar.

§ 9.—«Aedificare» autem non solum, qui novum opus molitur, intelligendus est, verum is quoque, qui vult reficere.

§ 10.—Is, qui id agit, ut labatur sepulcrum, hoc interdicto tenetur.

2. MARCELLUS libro XXVIII. Digestorum.—Negat lex Regia, mulierem, quae praegnans mortua sit, humari, antequam partus ei excidatur; qui contra fecerit, spem animantis cum gravida peremisse videtur.

3. POMPONIUS libro IX. ad Sabinum.—Si propius aedes tuas quis aedificet et (3) sepulcrum, opus novum tu nuntiare poteris; sed facto opere nullam habebis actionem, nisi Quod vi aut clam.

§ 1.—Si propius aedificium alienum intra legitimum modum mortuus illatus sit, postea eum prohibere non poterit aedificii dominus, quo minus alium mortuum eo inferat, vel monumentum aedificet, si ab initio domino sciente hoc fecerit.

LXVIII.—Dice el Pretor: «Prohibo que se haga violencia para que á uno no le sea licito llevar un cadáver, y allí sepultarlo, adonde y por donde él tiene derecho á llevar el cadáver contra tu voluntad».

§ 1.—Al que tiene derecho de enterrar un cadáver, no se le prohíbe enterrarlo; mas se considera que se le prohíbe enterrarlo, ya si se le prohibiera enterrarlo en un lugar, ya si se le impidiera el paso.

§ 2.—El dueño de la propiedad puede usar de este interdicto, de enterrar un muerto; el cual compete también respecto á un lugar puro.

§ 3.—Asimismo, si se me debiera camino para un fundo, en cuyo fundo quiero enterrar, y se me prohibiera el camino, se determinó que puedo intentar este interdicto, porque se me prohíbe enterrar, prohibiéndoseme usar del camino; y lo mismo se habrá de admitir también si se debiera otra servidumbre.

§ 4.—Es evidente que este interdicto es prohibitorio.

§ 5.—Dice el Pretor: «Prohibo que se haga violencia para que donde uno tiene derecho de enterrar un muerto contra tu voluntad, no le sea licito construir sin dolo malo en aquel lugar un sepulcro».

§ 6.—Publicóse este Edicto por esto, porque interesa á la religión que se levanten y adornen monumentos.

§ 7.—Á nadie se le prohíbe hacer un sepulcro ó un monumento en aquel lugar en que tiene derecho.

§ 8.—Se considera que prohíbe edificar, también el que prohíbe que se lleven aquellos materiales que sean necesarios para el edificio; por lo tanto, también si alguno prohibió que fuesen los hombres necesarios para la obra, tiene lugar este interdicto; igualmente, si alguno prohibiera atar una máquina, pero si lo prohibiera en aquel lugar que debiera esta servidumbre. Mas si quisieras poner la máquina en suelo mío, no quedaré obligado por el interdicto, si con derecho yo no te lo permitiera.

§ 9.—Pero se ha de entender que «edifica» no solamente el que construye una obra nueva, sino también el que quiere repararla.

§ 10.—El que hace alguna cosa para que se arruine un sepulcro, queda obligado por este interdicto.

2. MARCELO; Digesto, libro XXVIII.—Prohibe la ley Regia, que la mujer, que haya muerto embarazada, sea enterrada antes que se le extraiga el parto; y el que hiciere lo contrario, se considera que con la embarazada mató la esperanza de que viviese aquél.

3. POMPONIO; Comentarios á Sabino, libro IX.—Si alguno construyese un sepulcro más cerca de tu casa, podrás denunciar la obra nueva; pero hecha la obra, no tendrás acción alguna, á no ser la de lo que se hizo por fuerza ó clandestinamente.

§ 1.—Si á menor distancia de la legal hubiera sido enterrado más cerca de un edificio ajeno un cadáver, después no podrá el dueño del edificio prohibir que el mismo entierre allí otro cadáver, ó que edifique un monumento, si esto lo hubiere hecho sabiéndolo el dueño desde un principio.

(1) EI, inserta Hal.

(2) eo, Hal.

(3) et, se considera aquí palabra supérflua.

4. ULPIANUS *libro II. Responsorum.* — Longa possessione ius sepulcri non tribui ei, cui iure non competit.

5. IDEM *libro I. Opinionum.* — Si in eo monumento, quod imperfectum esse dicitur, reliquiae hominis conditae sunt, nihil impedit, quo minus id perficiatur.

§ 1.—Sed si religiosus locus iam factus sit, Pontifices explorare (1) debent, quatenus salva religione desiderio reficiendi operis medendum sit.

---

(1) explorari, *Hal.*

4. ULPIANO; *Respuestas, libro II.*—Por la larga posesión no se concede derecho de sepulcro á quien por derecho no le compete.

5. EL MISMO; *Opiniones, libro I.*—Si se depositaron los restos de un hombre en un monumento, que se dice que no está concluido, nada impide que se concluya.

§ 1.—Pero si el lugar ya hubiera sido hecho religioso, los Pontífices deben examinar de qué modo se haya de acceder al deseo de reparar la obra quedando á salvo la religión.